Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Historia Locorum Theologicorum Phil. Melanchthonis ...

Part 1 : Varias Recensens Editiones

Gryphiswaldiae: Röse, [ca. 1761]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn843543574

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn843543574/phys_0001
DFG

101 a. B.
48. b 91.
425
Fa – 1092 (101.)

1) Jaddel (Joh. Jac. Heinr.) de singulari vitalitate Apostolorum
2) Stieler (Gerhard. Henning.) de Chorea Sancti Viti
3) Quistorp. (Joh. Bernh.) de mystici Spiritus Sancti in Mariam superuenientis vi vocis Angelicae Luc. 1, 34
4) Bibliotheca elegantiorum disputationum in illustriora et selectiora veteris Testamenti loca
5) Linlar, (Jo. Christ. Ludw.) Abhandlung von der in dem jüngsten Leben Jesu seiner wahren Lehre
6) Boehm (Joh. Gottl.) De Philippi Melanchthonis in Academiam Lipsiensem meritis oratio
7) Doederlein (Christ. Albert.) de dono Spiritus Sancti ad episcopi Ministerium haud alligato
8) Wiggers (Otto. Ernst. Christ.) de Vsu et Abusu rationis humanae in rebus divinis
9) Christ. Ausführliche Information des Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn Herrn Joh. Carl Ludewigs Pfalzgrafen bey Rhein
10) Müller (Joh. Steph.) Christus per ipsa Socinianorum placita Deus
11) a Balthasar (Joh. Henr.) Historia locorum Theologicorum Phil. Melanchthonis
12) Hulsius (Casp. Jac.) de Petro non Petra
13) Ernesti de Vocatione ad ministerium ecclesiasticum
14) Schultz (Steph.) Archaeologiae sacrae
15) Lüders (Jos. Ernst.) Ordnung der Predigten, wie sie in Lüneburg d. 10 Sept. 1760 eingeführet worden
16) Casauboni (Meric.) de Enthusiasmo Commentarius.
17) Krafftens (Joh. Melch.) Prodromus historiae versionis bibliorum germanicae
18) Zeltners (Christ. Henry) Historische Nachricht von der gebräuchlichen Bibel Version und derer Schriften D. M. Luthers zu der Erklärung seiner Lehre und der Jahrs Zeit Lieder
19) Krafftens (Joh. Melch.) Prodromus continuatus historiae versionis bibliorum germanicae
20) M. J. M. K. Prodromi continuati Zusätze zu dem Verzeichniß der verschiedenen Censur Bücher
21) Doederlein (Christ. Albert) oratio qua nouae Academiae Fridericianae Butzouiensi vitae dies adsit etc.
22) Lessens oder Cabinets Bibliothek der Kirchlichen Beredsamkeit und der Gottesgelahrtheit
23) Loppegel (Carl. Friedr.) dissertatio qua sensus aeternitatis ex sexta sui momentum commentatio quae
24) Sturm (Christ. Christ.) commentatio qua Academicorum Doctorum apud Vvas principes existimationem decimi quinti et sequentium subsequentium saeculorum aetatibus recensetur
25) Ostermeyer (Erdm. Gottfr.) de nomine Christi eiusque origine et notione
26) Reinhard (Laurent.) primae piae Theologiae comparatae ad pietatem

27) Soederlein (Christ. Albert) de Christum Christo ex mortuis resurgente de Isaiae ad illustrandum locum Sanctae Romae II, 4

28) Renk (Carol. Frid.) Oraculum in Evang. Luc. I, 16—21. ex Esai. 40, 1, 2 citatum et

29) Rector et senatus Academiae Regiomontanae programma utrum Deum decuit Filium suum unicum in carnem humanam mittere

30) Dries (Joh. Gabr.) de divina legum Mosaicarum praestantia Oratione oppositia

31) Scherer (Andr. Christ.) de literis vocalibus et accentibus in scriptura veteris Testamenti hebraicis

HISTORIA LOCORUM THEOLOGICORUM

PHIL. MELANCHTHONIS,

EJUSQUE

PARS I.

VARIAS RECENSENS EDITIONES.

AUCTORE

JAC. HENR. A BALTHASAR,

Ecclesiarum Pomeraniæ Svecicæ Rugiæque Superintendente generali, Regii Consistorii eccles. Præside, Academiæ Gryphicæ Procancellario, Curatore & Inspectore, Theologiæ Doctore & Professore primario, Ecclesiarum Gryphiswaldensium Superintendente urbano, & Nicolaitanæ Pastore, Synodi Gryphiswald. Præposito & Ecclesiæ Gutzkoviensis Plebano ac Patrono.

GRYPHISWALDIAE

LITTERIS A. F. RÖSE

REG. ACAD. TYPOGR.

HISTORIA
LOCORUM THEOLOGICORUM
PHIL. MELANCHTHONIS.

In *Corpore doctrinæ Pomeranico*, fol. 131. b. habentur MELANCHTHONIS *Loci Theologici Germanici*. De illis itaque nunc agendum est. Hac vero occasione dicemus etiam de *Locis* latinis, ut tractatio nostra pleniore habitu compareat, &, quia *Loci germanici*, tanquam posteriores, *Latinos* sæpius explicant & illustrant. Ante vero, quam rem ipsam aggredior, præmittendi sunt auctores quidam, quorum opera ac studium vel mihi in hac historia conscribenda insigni fuit usui, vel aliis ad uberiorem comparandam notitiam inservire potest. Sunt illi

I. Theologi *Thuringici*, s. Ducales, in *Actis* suis *Colloquii Altenburgensis*, Jenæ A. 1569. idiomate germanico editis in fol. & idiomate latino ibidem A. 1570. in 4. ut & im Bericht vom Colloquio zu Altenburg auf der Churfächsischen endlichen Bericht. ibid. A. 1570. in 4.

II. Theologi *Misnici*, s. Electorales, in dem warhaftigen Bericht und kurtzen Warnung von denen Jenischen *Actis Colloquii*. Witteb. 1570. in 4. eodemque anno & ibidem im Endlichen Bericht, in 4. & denique in ipsis *Actis Colloquii Altenburgensis*, a se editis Witteb. A. 1570. in fol. His addi possunt *Acta Synodica*, a Theologis Wittebergensibus utroque idiomate, germanico & latino, edita Witteb. A. 1559. in 4.

III. Joh. Matthæus, Theol. Witteb. Sec. XVI. in Orat. de Melanchthonis *Locis communibus*, A. 1588. ibidem impressa, & a Reimanno in *Catalogo Bibliothecæ* suæ adducta, To. I. p. 62. Cujus tamen iniqua censura ex sequentibus judicanda est.

IV. Joh. Paul. Resenius, Theol. Hafn. in *vera, necessariaque narratione de Locis communibus Theologicis* Philippi, *& eorum diversis formis, s. ætatibus*, A. 1620. in 4. in Wittenii *Memoriis Theologorum, p. 1006.* & Henr. Muhlii *Dissertatt. historico-Theolog.* P. II. p. 72. laudata.

V. Leonh. Hutterus in *Locis Theologicis*, in *Concordia concorde* & in *Explicatione libri Concordiæ*.

VI. Mart. Mylius in *Chronologia scriptorum* Melanchthonis, Görl. 1582. De qua siniſtra eruditorum judicia leguntur in Dn. Walchii Præf. ad To. XIV. *Oper.* Lutheri *Halens.* p. 62. 69. in Carpzovii *Critica S. p. 702.* & in J. M. Kraftii zwiefachen Zweyhundertjährigen Jubelgedächtniß, p. 81. Add. Goringii Ep. ad Dn. Feverlinum, in Kohlii gesamleten Briefwechsel von denen ersten *Locis* Melanchthonis, p. 82.

VII. Jo. Conr. Durrius in *Isag. in libros normales ecclesiæ Norimbergensis, tribus tractatibus Theol.* A. 1675. Norimbergæ editis, inserta, p. 95. Conf. *Acta hist. eccles.* Vol. XI. p. 448. 451.

VIII. J. F. Mayer in disp. de Philippi Melanchthonis *Locis Theologicis*, A. 1710. hic Gryphiswaldiæ ventilata.

IX. Henr. muhlius in *Dissertatt. historico Theol.* P. II. p. 72.

X. Alb. zum Felde in Orat. *de Methodo tractandi Theologiam*, in *Analectis disquisitionum*, A. 1719. editis, obvia.

XI.

XI. Christoph. Sontag & J. C. Wendler in Diss. *de præcipuorum quorundam Sec. XVI. & XVII. Theologorum Lutheranorum eruditione, meritis & scriptis*, A. 1710.

XII. G. F. Stiber in *hist. Theologiæ dogmaticæ*, Lutheri & Melanchthonis *opera restauratæ, qua & integra exhibetur de hujus Locis Theolog. historica commentatio*, A. 1712. 1719. in 8.

XIII. Herm. v. d. Hardt in *Introd. in* Phil. Melanchthonis *primos rerum Theologicarum Locos*, P. IV. *Hist. literariæ Reformationis*, A. 1717. in fol. editæ, p. 28.

XIV. Jo. Fr. Buddeus in *Isag. ad Theologiam universam*, Lib. post. Cap. I. §. 13. p. 384.

XV. J. G. Walchius in *Biblioth. Theologica selecta*, To. I. p. 33.

XVI. Jo. Chr. Dornius in *Biblioth. Theol. critica*, P. II. p. 693.

XVII. Der Unpartheiische *Bibliothecarius*, P. I. p. 37.

XVIII. Die Unschuldigen Nachr. von A. u. N. Theol. Sachen etc. A. 1706. p. 367. A. 1711. p. 802. A. 1712. p. 525. A. 1714. p. 223. A. 1717. p. 1036. A. 1728. p. 193. A. 1729. p. 711. A. 1730. p. 363. A. 1737. p. 512. A. 1753. p. 474. A. 1756. p. 911.

XIX. Gottl. Stolle in der Anleitung zur Historie der Theolog. Gelarheit, Cap. I. §. 18. 19. Cap. IV. §. 29.

XX. J. F. Reimmann in *Hist. literar.* Vol. III. p. 124. 125. & in *Catalogo bibliothecæ suæ*, P. I. p. 458. 459.

XXI. J. P. Kohlius in denen Hamburg. Berichten von Gel. Sachen, A. 1738. p. 231. A. 1743. p. 372. A. 1748. p. 498. A. 1751. p. 694. In dem Briefwechsel der Gelehrten. A. 1750. 1751. p. 513. 635. 769. In dem gesammleten Briefwechsel über die Frage: Ob vor der Ausgabe der Locorum von 1721. eine andere vorhergegangen sey. 1752. Conf. F. W. Kraftii Neue Th. Bibliothec, P. 73. p. 239.

XXII. J. S. Semler in der Einleitung in die Dogmatische Gelahrheit, To. II. *Theol. dogm. Baumgart.* p. 146.

XXIII. J. W. Feverlin in *Bibliotheca Symbol.* p. 250.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn843543574/phys_0009
DFG

XXIV. S. J. Baumgarten in denen Nachr. von merckw. Büchern. Vol. VI. p. 390. sqq. VII. p. 312. In denen Erläuterungen der Symbol. Schriften, p. 253.

XXV. J. M. Kraft in *Emendandis & corrigendis Mayerianæ historiæ versionis* Lutheri *germ.* p. 30.

XXVI. C. A. Salig in *Historia Aug. Confess.* P. III. p. 131.

XXVII. G. Arnold in *Hist. eccles.* P. II. Lib. XVI. c. 9. etc.

XXVIII. J. W. Zierold in der Einleitung zur gründlichen Kirchen-Historie, P. I. p. 387. 388.

XXIX. *Miscellanea Lipsiensia nova*, Vol. I. p. 628.

XXX. Jac. Brückeri *Miscellanea hist. Philos. liter.* in Beyträgen von A. und N. Theol. S. 1753. p. 472.

XXXI. Jo. Vogt in *Catalogo libror. rarior.* A. 1738. 1747.

XXXII. Ipse Melanchthon in *Epistolis* suis, a Saligio in *Hist. A. C.* P. III. p. 552. B. Dn. Baumgarten in Nachr. v. merkw. B. Vol. VI. p. 151. sqq. & Jo. Vogtio in *Catal. libror. rar.* A. 1747. p. 454. recensitis; sed ultimo loco absque edit. Londin. A. 1642.

XXXIII. Seckendorfius in *Supplem. ad Ind. I. Hist. Luther.* voc. Melanchthon, & in ipsa *Historia* Lib. 3. p. 142. 693.

XXXIV. C. M. Pfaffius in *Intr. in Hist. Th. liter. P. I. p. 216.*

Sine dubio plures addi possunt, infra etiam fortassis in ipsa *historia* commemorandi. Sunt tamen omnes breviores & imperfecti, plerique etiam multis referti erroribus. Operis itaque dignitas, utpote primi & olim fere communis doctrinæ Christianæ in ecclesia nostra compendii, sed succedente tempore gravissimis quoque contradictionibus obnoxii, accuratiorem & pleniorem requirit historiam, maxime in *Pomerania*, ubi hodienum inter libros normales numeratur.

Tribus vero partibus integram tractationem absolvam. *Prior* varias enarrabit editiones. Et *sectione* quidem priore latinas, utpote priores. Altera vero germanicas. Pars *secunda* aget de *Locorum* æstimatione & auctoritate. *Tertia* denique de adversariis locisque controversis. Quemadmodum hæc jam olim delineavi in Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen, A. 1738. p. 231. seqq.

HISTO-

HISTORIÆ
LOCORUM THEOLOGICORUM
PHIL. MELANCHTHONIS
PARS I.
DE
VARIIS LOCORUM EDITIONIBUS.

Sunt illæ vel *Latino*, vel *Germanico* idiomate conscriptæ. Et quidem vel ab ipso MELANCHTHONE, vel ab interpretibus. Nostra maxime interest nosse germanicas posteriores, ab ipso MELANCHTHONE publicatas, quarum una *Corpori doctrinæ Pomeranico* inserta est.

SECTIO I.
DE LOCIS LATINIS.
§. I.

Hi tribus classibus distinguendi sunt, propter trinam illorum elaborationem, a MELANCHTHONE factam. *Prima* classis continebit editiones ab A. 1520. usque ad A. 1535. excl. *Altera* editiones ab A. 1535. usque ad A. 1543. excl. *Tertia* denique editiones ab A. 1543. Conf. MUHLII *Dissert. Histor. Theol.* P. 2. p. 74.

§. II.
CLASSIS I. LOCI PRIMI.

I. Primam *Locorum* delineationem ad privatos & auditorum usus ex MELANCHTHONIS prælectionibus in Epist. ad Romanos, A. 1520. institutis, enatam esse, ipse refert in Ep. dedic. ad TILEM. PLETTENERUM, Pastorem & postea Superintendentem Stolbergensem in hercynia, sequenti editioni præfixa. De hac prima delineatione, præeuntibus *Seckendorfio* in *Supplem.* ad *Indic. I. Hist. Lutheranismi*, & B. MAYERO nostro, (sed circa annum elaborationis & impressionis errante) in Diss. *de Locis Theol.* PH. MELANCHTHONIS, p. 9. jam ante plures annos in *Historia Locorum germanica* scripseram: Ob nun gleich MELANCHTHON diese Arbeit wol eben nicht zum Druck mogte gewidmet haben: so trat sie doch bald unvermuthet, und ihm unwissend, öffentlich hervor, und zwar vermuthlich noch A. 1520. Er schreibet selbst davon und bezeuget sein Mißfallen darüber A. 1521. in der vorhin schon gedachten Vorrede an PLETTENERUM: *Anno superiore — quid in toto opere secutus essem.* Und hieraus siehet man zugleich, daß MELANCHTHON selbst nicht gewust, von wem und wo dieser Druck sey befordert worden, gleichwie mir auch noch itzo nichts davon kund geworden. — Weil denn, wie gesagt, die vorige *edition* MELANCHTHONI nicht anstand: so war er nun auf eine verbesserte bedacht. Conf. Hamb. Bericht von gelehrten Sach. 1738. p. 232. Postea tamen Celeb. Dn. KOHLIO, quærenti, ob formidinem contrarii profiteri non sum ausus in illius *Commercio epistolico collecto*, & A. 1752. edito, p. 61. Tandem vero A. MDCCLII. vir celeb. in ipso hoc *commercio epistolico collecto*, p. 36. ex antiquo codice manuscripto Hamburgi typis imprimi curavit *Theologicam Institutionem* PHILIPPI MELANCHTHONIS *in Ep. Pauli ad Romanos*, quæ hæc prima *Locorum* delineatio fuisse videtur, & cujus titulus ipsius MELANCHTHONIS manu scriptus esse dicitur a KOHLIO. Conf. F. W. KRAFTII Neue Theolog. Biblioth. P. LXXIII. p. 239. CASP. ULENBERGII testimonium de *Locis*, jam A. 1520. editis, ex Ejusdem *Hist. de vita, moribus &c. Prædicantium Lutheranorum*, LUTHERI, MELANCHTHONIS, FLACII etc. p. 11. legas apud KOHLIUM, p. 131.

II.

II. Primam editionem ægre ferens & improbans, quantumque fieri poterat, ſupprimens MELANCHTHON, novam procuravit eamque prolixiorem, A. MDXXI. *Wittebergæ* impreſſam in 8. & poſt feſtum omnium Sanctorum abſolutam, ut ex LUTHERI *Epiſt. lat.* a COELESTINO editis, To. I. p. 362. colligi poſſe videtur. Præfixa eſt Ep. dedic. ad TIL. PLETTENERUM cum auctoris nomine expreſſo, & titulo gaudet ſequenti: *Loci communes rerum Theologicarum, ſeu Hypotypoſes Theologicæ. Wittembergæ An. MDXXI.* Ex plag. conſtat 17. & dimidia. Paginæ vero numeris non ſunt diſtinctæ. Ante impreſſionem LUTHERI cenſuræ ſubjecta & ab illo approbata fuiſſe videtur ex *Epiſtolarum latinarum*, ante adductarum, l. c. p. 351. b. coll. p. 363. a. licet hoc negare videatur CALOVIUS in *Syncretiſmo Calixtino*, p. 208. Poſt epiſtolam ad PLETTENERUM, in præfatione præcipua quædam recenſentur rerum Theologicarum capita, ſingula tamen in ipſo opere non tractata. Inter alia deſideratur expoſitio articuli de *Deo trinuno*, ejusque aſſertio ex *1 Joh. V.* 7. Unde SANDIUS in *Append. paradoxarum interpretationum* calumniandi occaſionem arripuiſſe dicitur, quod MELANCHTHON hoc dicto Trinitatem non probaverit. Factum vero eſt in *Locis mediis*, cum Antitrinitariorum hæreſis Wittebergæ innoteſcere cœpiſſet. Factum quoque eſt in *Locis ultimis* & in *Refutatione* SERVETI, *To. I. operum* MELANCHTH. f. 385. Quod non expreſſe retuliſſe miror KETTNERUM in *Hiſtoria dicti Johannei*, p. 198. 200. Conf. J. M. KRAFTII *Emendanda & corrigenda in Mayeriana hiſt. verſ. germ.* LUTHERI, *p. 30.* Explicantur autem in ipſo *Locorum* opere articuli ſequentes: De *hominis viribus*, *adeoque* de *libero arbitrio*. De *peccato*. *Quid peccatum*. *Unde peccatum orig*. *Vis peccati & fructus*. De *lege*. De *divinis legibus*. De *Conſiliis*. De *Monachorum votis*. De *Judicialibus & ceremonialibus*. De *humanis legibus*. De *Evangelio*. *Quid evangelium*. De *vi legis*. De *vi evangelii*. De *gratia*. De *juſtificatione & fide*. De *fidei efficacia*. De *caritate & ſpe*. De *diſcrimine veteris ac novi teſtamenti*. *Item de abrogatione legis*. De *veteri ac novo homine*. De *peccato mortali & quotidiano*. De *ſignis*. De *Baptiſmo*. De *pœnitentia*. De *privatis confeſſionibus*. De *participatione menſæ Do-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn843543574/phys_0013
DFG

Domini. De *caritate.* De *Magistratibus.* De *scandalo.* Multa in his occurrere, non omnibus probata & paulo duriora, dudum observatum est: De fatali rerum omnium necessitate ex prædestinatione divina, eaque ademta homini libertate, in HARDTII *hist. liter. reform.* P. IV. f. 32. sqq. 41. De fœnore, in universum interdicto, *f. 51.* Quod Christus in lege aliqua novarit, *ib.* Quod Christianis non liceat judicio contendere. Peccare, qui litigant, nec esse Christianum, qui litigat, *f. 69.* Quod sacramenta non justificent, *f. 71. 75.* Quod baptismus Johannis non sit operatus remissionem peccatorum, nec baptismus apostolorum, Joh. IV. Et, quod a Johanne baptizati fuerint rebaptizandi, *f. 72. 73.* Quod non aliud sit pœnitentia, nisi justificatio, *f. 73.* Absolutionem privatam sic necessariam esse, ut baptismum, *f. 75.* Denique in sequentis anni editione ipse MELANCHTHON, art. *de Discrimine novi & vet. test.* scribit: *Confusius paulo videtur hic locus tractatus esse superiore commentario. Quare hic retexendum duxi, ut digereretur.* Hæc *Locorum* editio inserta est HARDTII *Hist. reformationis literariæ, P. IV. p. 30* non tamen ubivis accurate. In sola pag. 59. leguntur vitia sequentia: 1) Omnia te, pro: *omnia.* 2) Quæro te, pro: *Quæso te.* 3) Sint salvaturus, pro: *sit salvaturus.* 4) Nam sint, pro: *Nam si.* 5) in accepta, pro: *sint accepta.* 6) eaque nondum, pro: *ea, quæ nondum.* 7) ἄδεοι, pro: ἄθεοι. 8) Sit, pro: *fit.* 9) simplissimam, pro: *simplicissimam.* 10) opulentes, pro: *opulentus.* In primo loco, de *hominis viribus,* observavi errores sequentes: Pag. 32. declinare, pro: *delineare.* 2) sitne libere, pro: *sitne libera.* Pag. 33. 1) nobis contingentiam, pro: *nobis rerum contingentiam.* 2) sacrarum possessio, pro: *sacrarum professio.* 3) quia læsus, pro: *quia læsus es.* 4) arbitionem, pro: *ambitionem.* 5) adfectum fons, pro: *adfectuum fons.* 6) Quid fit, pro: *Qui fit.* 7) Quia gloria magis ardet, pro: *Quia gloriam magis ardet.* 8) Elicindi, pro: *eliciendi.* 9) juste volumine, pro: *justo volumine.* Pag. 34. 1) impetrabat, pro: *imperabat.* 2) Aristotelico, pro: *Aristotelico vocabulo.* 3) hostam, pro: *hos tam.* 4) dicitos, pro: *licitos.* Habetur etiam in mea bibliotheca, & recensetur in B. BAUMGARTEN Nachr. von

M.

M. B. Vol. VI. p. 393. in Jo. Vogtii *Catal. libror. varior.* A. 1738. p. 382. A. 1747. p. 451. in Hardtii *Autogr.* Lutheri *& coætan.* To. I. p. 127. in *Catal. Bibliothecæ Reimannianæ*, To. I. p. 458. in Jo. Jac. Lucii *Catal. Bibliothecæ publicæ Mœno-Francof.* p. 221. In Fortgeſ. Saml. von A. u. N. Theol. S. 1728. p. 193. A. 1730. p. 363. A. 1737. p. 512. etc. in Seckendorfii *Supplem. ad Ind. 1. Hiſtoriæ Lutheraniſmi*, in Saligii *Hiſt. A. C.* P. III. p. 532. in Hutteri *Locis Theol.* p. 9. 264. Cæterum, de hac editione quædam Melanchthonis verba leguntur in volumine *Epiſtolarum Philippicarum*, Lugd. Bat. A. 1647. edito, p. 330. 331. de quo B. Baumgarten conſulendus in Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 166. Verbis indicatis Melanchthon promittit editionem anni 1521. Et ultimis quidem Dn. Feverlin in Kohlii geſaml. B. W. p. 19. diſputat contra exiſtentiam editionis, noſtra prioris.

Præter hanc editionem in 8. alia datur *Wittebergenſis* ejusdem anni in 4. & cum nomine auctoris, in titulo expreſſo, referentibus Hardtio in *Autographis* To. II. p. 89. & in *Introductione* l. c. p. 28. Kohlio im geſamleten Briefwechſel, p. 13. & Feverlino in *Biblioth. Symbol.* p. 250.

Tertia eodem anno *Baſileæ* prodiit typis Adami Petri in 8. & recenſetur in Kohlii geſaml. Briefwechſel, p. 120. in Baumgarten Nachr. von M. B. Vol. VII. p. 312. in H. Muhlii *Diſſ. hiſt. Theol.* P. II. p. 74. ejusdemque *Bibliothecæ Catal.* p. 56. & im Vorbericht des unverfälſchten Sinnes Lutheri von der wircklichen Seligkeit der Gläubigen in dieſem Leben, §. 11.

In *Hiſt. eccl. methodo* Hübneri *conſcripta*, To. V. p. 173. referre videtur J. G. Heinsius, editionem hujus anni Lipſiæ repetitam eſſe A. MDXXV. MDLXII. MDLXXX. Quo jure hoc ſcripſerit, neſcio.

III. Cum ipſe Melanchthon in hac ſua prima editione quædam obſervaſſet, emendatione digna, ſequenti anno MDXXII. novam curavit, multis in locis mutatam. Prodiit illa *Wittebergæ* in 8. plag. 11. & dimidiæ literisque minuſculis impreſſa cum ſequente inſcriptione: *Theologicæ hypotypoſes, recognitæ ab auctore Wittebergæ.* Recenſetur in Kohlii geſamml. Briefwech-

sel, p. 15. 34. in *Catalogo Bibliothecæ Cyprianicæ*, p. 747. in Baumgarten Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 392. & in Feverlini *Biblioth. symbol.* p. 251.

Eodem anno alia impressa est *Haganoæ* in 8. recensita in Fortges. Saml. von A. u. N. Th. S. 1728. p. 194.

Iterumque alia *Argentorati* in 8. docente Hardtio in *Autogr.* To. III. p. 83. & Kohlio l. c. p. 120.

Porro alia *Basileæ* apud Ad. Petri, mense Oct. in 8. teste Kohlio l. c. p. 16. & Feverlino l. c. p. 251.

An aliqua hoc anno prodierit *Augustæ Vind.* ut ex Saligii *Hist. A. C.* P. III. p. 532. colligi posse videtur, non liquet. Certiores sunt, quæ sine mentione loci referuntur alibi. Una in 4. in Hardtii *Autogr.* To. I. p. 139. Et altera in 8. in *Catalogo Bibliothecæ Muhlianæ*, p. 51. ejusdemque Muhlii Vorbericht des unverfälschten Sinnes Lutheri ꝛc. §. 11. Cujusmodi etiam habetur in *Bibliotheca Göttingensi*, docente Kohlio im gesamml. Briefwechsel, p. 120. Add. B. Mencii *Elogia Theologor. quorundam Wittenberg.* p. 80.

Denique hæc editio anni MDXXII. repetita est sine mentione loci & anni in 8. post Annum MDXXV. quo Lutheri liber de *servo arbitrio* prodiit mense Dec. Possideo enim libellum ex Bibliotheca *Mayeriana*, sequenti instructum titulo: *Loci communes, seu Hypotyposes Theologicæ* Philippi Melanchthonis, *quibus hoc insigne testimonium* Martinus Lutherus *in exordio libri de servo arbitrio tribuit*: Philippi Melanchthonis de *Locis Theologicis* invictus libellus, meo judicio, non solum immortalitate, sed canone quoque ecclesiastico dignus. *Anno MDXXII. primum excusi.* Habetur etiam in *Bibliotheca* Dn. Erichson, Pastoris *Starkovienſis* in Pomerania nostra, & in *Bibliotheca Göttingensi*, docente Kohlio im gesaml. Briefwechsel, p. 120. Hac editione usus est Dn. P. F. Hane in *Hist. crit. A. C. append.* I. p. 22. Epistola ad Plettenerum, ne ipsa quidem ab omni mutatione immunis, & pro: *ut intelligat juventus*, habens: *unde cognoscat juventus*, in fine legitur, & folia numeris distincta sunt. Rerum Theologicarum capita, in Præfatione expressa, differunt ab Indice anni 1521. In ipso opere

opere post generalem titulum de *lege*, f. 27. a. sequitur specialis inscriptio: *Leges naturæ*. E contrario titulus: de *caritate & spe*, hic omissus est, manente tamen ipsa tractatione. Sequitur titulus de *discrimine novi & veteris testamenti*, & distinctus: de *legis abrogatione*. Editionem hanc in artic. de *discrimine veteris ac novi testamenti* a MELANCHTHONE mutatam esse, jam N. 2. hujus §. indicavi. Mutata quoque est tractatio de *Abrogatione legis*. Verba de privatæ absolutionis *necessitate* paululum mitigata sunt: *Absolutio tamen privata necessaria est, omnino*. Verba artic. I. de *viribus humanis*, sæpius quidem mutata sunt: mansit tamen hypothesis de fatali necessitate ex prædestinatione divina. Verba, ab HUTTERO in *Locis Theol.* p. 9. 10. & G. CALIXTO in *Consult. de Tolerantia Reformatorum*, p. m. 12. adducta ex editionibus A. 1522. 1523. iisdem hic leguntur paginis. In art. *Quid peccatum?* mutata est definitio *peccati originalis*. In art. de *legibus naturæ* dicitur: *Primam legem* (Deus colendus est) *quomodo* (argumentis) *colligere possit*, (humana ratio) *non video, sic occæcata post Adæ lapsum. — Nihil certi de Deo statuere mens humana per sese potest. — Certe, de potentia & voluntate Dei judicare per sese ratio non potest.* Conf. in artic. de *libero arbitrio* f. 5. §. *Primum ergo sic censemus*. Saniora habet editio anni 1521. *Primam legem de colendo Deo accepimus ex primo cap. ad Romanos, ubi non dubium est, quin inter naturales leges eam recenseat Apostolus, cum inquit, Deum declarasse omnibus hominibus majestatem suam conditione & administratione universitatis mundi*. In Capite: *Quid evangelium*, probaturus MELANCHTHON, Christum aliqua in lege novasse, inserit: *Nam evangelium spiritus justitiam tantum tradit, quæ gladio extorqueri hominibus non potest, sicut civilis justitia*. Quæ verba deinde contra MELANCHTHONEM urgebat RATZENBERGIUS in HORTLEDERI To. II. de *bello Schmalk.* p. 42. In variatione artic. ult. de *scandalo*, inter alia habet: *Nemo pietatem in eo ponit, quod adsurgat seniori*. Inter nævos typographicos, in sequentis anni editione *Argentoratensi* ipsaque *Dodecade Norimbergensi* conservatos, fortassis referri meretur, quod fol. 101. b. & in *Dodec. Norimb.* p. 791. legatur: jure divino obtemperandum est, pro: *juri divino obtemperandum est*, ut habet editio anni

1521. etc. Alios mitto. Cæterum, de hac editione in *Supplem. Mſtis* ad *Bibliothecam ſymbol.* ſcribit Dn. FEVERLIN: *Hæc editio ſequitur ſecundam editionem. Videtur autem multis annis junior & recentioribus editionibus horum Locorum oppoſita, ne* LUTHERI *elogium his applicetur.* Denique obſervo, ex editione anni MDXXII. ejusque p. 175. 194. (in meo Codice p. 88. a. 89. a. 97. b.) PEUCERUM in Tr. de *Sententia* MELANCHTHONIS *de S. C.* p. 120. ſq. adduxiſſe verba quædam de ſignis & ſacra cœna. In poſteriori tamen loco omiſſum eſt voc. *tantum*, poſt: *admoneat.* Reliqua conveniunt cum editionibus A. 1521. 1523.

IV. Ex ſequenti anno MDXXIII. proſtant editiones recognitæ ſequentes.

Prima *Argentoratenſis* in 8. apud Jo. HERVAGIUM impreſſa menſe Januar. Recenſetur in *Catal. Biblioth. Cyprianicæ*, p. 748.

Deinde altera *Argentor.* in 8. apud eundem, 12. Kal. Jun. (21. Maji) cum Indice breviori, ſ. ſerie articulorum, in ultima pagina. Habetur in *Bibliotheca templi Bardenſis* in Pomerania noſtra, & recenſetur, ni fallor, in Fortgeſ. S. von A. und N. 1728. p. 194. In Dn. BAUMGARTEN N. von M. B. Vol. VI. p. 395. alius adjunctus eſt index realis copioſior. De quo vid. HARDTII *Autogr.* To. I. p. 169. Hæc editio in pleriſque refert quidem præcedentem anni 1522. in quibusdam vero ab illa recedit. Præmiſſa eſt epiſt. ad PLETTENERUM. In præfatione ſeries rerum Theologicarum non reſpondet editioni anni 1522. ſed priori anni 1521. De privata quoque abſolutione repetita ſunt verba anni 1521. *Abſolutio privata ſic neceſſaria eſt, ut baptiſmus.* Et in artic. de *abrogatione legis*, inſertum eſt: *Sic & de euchariſtia judico, non peccare, qui, ſcientes hujus libertatis & credentes, alterutra ſigni parte utantur. Dominus eſt enim filius hominis etiam Sabbathi.* Ex his de Dn. BAUMGARTEN recenſione in Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 396. 398. nullas hic agnoſcentis variationes, judicare licet, & de Dn. WALCHII reſponſione, MELANCHTONEM hic eximentis, in *Introd. ad libros ſymbol.* p. 339. In hac editione paginisque allegatis haben-

habentur, quæ GERHARDUS *Loc. Theol. To. 3. de Evang.* §. 117. adduxit.

Denique tertia editio *Argentorati* prodiit in 8. 12. Kal. Dec. (20. Nov.) cui adjecta sunt *Themata* PHILIPPI *de duplici justitia regimineque corporali & spirituali*, in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 169. & *Catal. Bibliothecæ Cyprianicæ*, p. 748.

Exstat etiam editio sine mentione loci in 8. mense Oct. ab auctore jam denuo summa cura & castigata & locupletata, in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 169. in *Bibliotheca* Dn. ERICHSON, Pastoris *Starkovienſis*, in BAUMGARTEN Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 396. & in FEVERLINI *Biblioth. symbol.* p. 251. ubi tamen a præcedente *Basil.* A. 1522. per solas literas Græcas minutiores discerni dicitur.

An *Loci* eodem anno *Augustæ Vindel.* impressi sint, ut a SALIGIO in *Hist. A. C.* P. 3. p. 532. dici videtur, non constat.

GEORG. KÖNIGIUS in *Casibus conscientiæ*, p. 649. refert editionem hujus anni *Hagenovienſem*, eamque Libris Norimbergensium normalibus, s. *Dodecadi Norimbergenſi*, A. 1646. & 1721. editæ, (De qua vid. *Acta historico-eccles.* Vol. XI. p. 408. *Hist. Bibliothecæ Fabricianæ*, P. IV. p. 262.) insertam esse dicit. Sed, illa in ipsius *Dodecadis* præmisso Catalogo dicitur *Argentoratenſis* A. 1523. in 8. consentientibus FABRICIO l. c. & FEVERLINO in *Biblioth. symbol.* p. 19. Desunt tamen duplex Index & themata de duplici justitia etc. In *Dodecade*, A. 1646. edita, observo etiam ipsa vitia editionis *Argentoratenſis* mediæ. Pag. 752. lin. ult. judicia, pro: *indicia*. Pag. 774. lin. 11. Ad quid, pro: *At, quid*. Pag. 791. jure divino obtemperandum est, pro: *juri divino obtemperandum est*. Reliqua etiam, ex editione *Argentoratenſi* adducta, observo in *Dodecade*. Et inter illa p. 768. hypothesin de indifferenti & libero usu unius speciei in eucharistia, a G. CALIXTO etiam adductam in Tr. de *Tolerantia Reformatorum*, p. 69. & in Tr. de *Communione sub utraque*. Quomodo a Norimbergensibus excusetur, in KÖNIGII *Casibus conscientiæ*, l. c. & Jo. CONR. DURRII *Isag. in Libros normales Norimberg.* p. 115. legere licet. Add. Dn. FEVERLINI diss. de *Lutherana communione sub una*, Göttingæ, 1751.

V. Ex anno MDXXIV. editionem refert HARDTIUS in *Hiſt. liter. reformationis*, P. IV. p. 28. fortaſſis ex verbis HUTTERI, p. 30. adductis. Illis vero HARDTIUS annum 1524. inſeruit, apud ipſum HUTTERUM non obvium.

SALIGIUS tamen in *Hiſt. A. C.* P. 3. p. 532. *Locos* hoc anno *Auguſtæ Vindel.* in 8. prodiiſſe, docet, *exp.* D. SIGISM. GRIM.

VI. Anni MDXXV. editiones iterum a variis recenſentur. *Lipſienſis* ab HEINSIO in *H. E. methodo Hübneri conſcripta*, P. V. p. 173.

Argentoratenſis in 8. cum *Thematibus* PHILIPPI *de duplici juſtitia regimineque corporali & ſpirituali*, in Fortgeſ. Samml. von A. und M. 1728. p. 194. & in *Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ*, p. 447. b. MUHLIUS quoque in *Diſſert. P. 2.* p. 25. HUTTERUS in *Locis*, p. 10. 264. & *Explicatione Form. Conc.* p. 471. 472. SALIG l. c. HARDTIUS l. c. illarum faciunt mentionem. Quæ HUTTERUS in *Explic. Form. Conc.* ex illis adduxit, leguntur etiam in editionibus annor. 1521. 1522. 1523.

VII. Denique editionem *Wittebergenſem* anni MDXXVI. in 12. refert B. MEISNERUS in *Philoſophia ſobria*, P. 2. p. 199.

VIII. Verſio Italica, *Venetiis* impreſſa, & a Jo. VOGTIO in *Catal. libror. rarior.* A. 1747. p. 452. recenſita, ſine dubio eſt primorum *Locorum*. Ad quem vero annum referenda ſit, non conſtat. Conf. SALIGII *Hiſt. A. C.* P. 3. p. 532. Beyträge von A. und M. 1753. p. 474.

IX. De hac prima *Locorum* claſſe præclara extant LUTHERI teſtimonia, *To. I. Epiſtolar. lat.* a G. COELESTINO edito, p. 351. 363. (quarum tamen epiſtolarum prior non ubivis accurate translata eſt To. XIX. *Oper.* LUTHERI *Halenſ.* p. 2234.) To. XIX. *Oper.* LUTHERI *Halenſ.* p. 1594. To. III. *Jenenſ. lat.* f. 62. inprimis in libro de *ſervo arbitrio*, *Oper. Jen. lat.* To. 3. f. 160. b. Quod ultimum probant *Apol. F. C.* P. 1. c. 9. f. 181. & HUTTERUS in *Conc. conc.* c. XI. p. 345. Cautius vero CALOVIUS in *Syncretiſmo Calixtino*, *p.* 208. HUTTERUS in *Locis Theol.* p. 9. 10. 264. & in *Explic. F. C.* p. 246. 247. ſcribere non dubitat, in his editionibus, ſi unum excipias, quod de prædeſtinatione ſatis incommode & duriuscule eſt poſitum, *cætera pleraque omnia*

omnia satis esse orthodoxa & Lutheri doctrinæ consentanea. Vel, *vix quicquam in illis occurrere, quod cum analogia fidei dissentiat.* Et Feustkingius in *Hist. Colloquii Jeverensis*, p. 35. (de toto licet *Corpore doctrinæ Melanchthonis* in antecedentibus locutus) primam tamen *Locorum* editionem A. 1521. absolute dicit *illibatam, nec erroribus coinquinatam.* Qua etiam ratione Melanchthon in capite de absoluta rerum omnium necessitate ex prædestinatione divina, indeque ademta homini libertate, a nostratibus excusetur, in Seckendorfii *Hist. Lutheranismi*, Lib. III. p. 289. in Schlosseri *Luthero Lutherano*, Cap. VI. §. 19. & Fortges. Samml. von A. und N. 1757. p. 515. legi potest. Sunt etiam, qui *Locos* priores præferunt ultimis, in Thuringicorum *Actis Colloquii Altenburg.* f. 335. a. in Schlüsselburgii *Theol. Calvinist. germ.* Lib. III. p. 27. & *Consil. Theol. germ.* p. 115. Ipse tamen Melanchthon in *brevi discendæ Theologiæ ratione*, To. II. *Oper.* p. 35. inquit: *Juberem & meos communes Locos legere. Sed, multa sunt in illis adhuc rudiora, quæ decrevi mutare. Facile tamen intelligi potest, quid mihi ibi displiceat, ex meis Colossensibus, ubi Locos aliquos mitigavi.* Scholia in *Ep. ad Coloss.* edita sunt A. 1527. 1529. 1534. De quibus vid. Seckendorfii *Suppl. ad Ind. I. Historiæ Lutheranismi.* Conf. Theologorum Electoralium judicia in suis *Actis Colloquii Altenburg.* f. 319. b. & im Endlichen Bericht, f. 88. b. 89. a. Quomodo a *Norimbergensibus* excusentur in illorum *Dodecade* obvia, in Georg. Königii *Casibus conscientiæ* & J. C. Durrii *Isagoge ad Norimbergensium libros normales*, ipsaque *Dodecade*, p. 672. expositum videas. Ipse quoque Hutterus in *Locis Theol.* nævos agnoscit, p. 264. Conf. hujus §. n. 2. 3. 4. Fortges. Samml. von A. und N. 1737. p. 513. *Acta hist. eccles.* Vol. XI. p. 446.

§. III.

CLASSIS II. LOCI MEDII.

I. Ut *Locos* primos, sub initio Reformationis paulo horridius scriptos, ut ipse Melanchthon in *Epistolis ad* Camerarium, *p. 455.* insinuare videtur, observatis etiam in prima visitatione Saxonica A. 1528. admodum dissonis clamoribus inerudi-

eruditorum de multis rebus, ut To. II. *Operum*, p. 153. & in *Epistolis* edit. Londin. Lib. I. p. 134. A. 1549. loquitur, secundum typum Aug. Conf. emendaret, quo ad proprietatem, perspicuitati & concordiæ utilem, discentes adsuefierent: in Academia Wittebergensi inde ab A. 1530. novas instituit Prælectiones Academicas, summam doctrinæ, quam LUTHERUS in diversis & interpretationum & concionum voluminibus tradiderat, tanquam in unum corpus redacturus. Indeque nati sunt *Loci medii*, referentibus Theologis Electoralibus in *Actis* suis *Colloquii Altenburg.* f. 319. a. & im Endlichen Bericht, f. 17. a. Quo vero anno primum typis impressi sint, dissentiunt scriptores. FRID. MYCONIUS in *Hist. Reformationis*, a CYPRIANO edita, p. 95. ad annum refert 1531. Alii, HUTTERUS in *Locis*, p. 10. J. F. MAYER in diss. *de Locis Theol.* PH. MELANCHTHONIS, p. 12. SONTAGIUS & WENDLERUS in Diss. *de præcipuis quibusdam Sec. XVI. & XVII. Theologis*, p. 83. DURRIUS in *Isag. ad Lib. norm. Norimb.* p. 96. BAUMGARTEN in denen Erläuterungen der S. Schr. p. 255. ad A. 1533. Quibus adstipulari videtur ipse MELANCHTHON in *Epist. ad* CAMERARIUM, p. 455. Qui tamen in *Epist.* L. B. A. 1647. editis, p. 378. A. 1533. mense Julio scribit: *Prælego nunc iterum locos communes, ut novam editionem atque emendationem adornem.* Denique *Electorales* ll. cc. & im Endlichen Bericht, f. 18. b. cumque illis PEZELIUS in *Ep. dedic. Locor. Theol.* VICT. STRIGELII, referunt ad A. 1536.

II. Hodie vero non novimus antiquiorem *Wittebergensi*, A. MDXXXV. in 8. impressa typis *Josephi Klug* cum titulo sequenti: *Loci communes Theologici, recens collecti & recogniti a* PHILIPPO MELANCHTHONE, *MDXXXV.* pl. 29. & cum Ep. dedic. ad Regem Angliæ, HENRICUM VIII. libello præfixa, sed absque paginarum numeris. Habetur in mea bibliotheca & in bibliotheca templi *Bardensis* in Pomerania nostra. Recensetur etiam in BAUMGARTEN Nachr. von M. B. Vol. VII. p. 314. ubi prima dicitur secundæ Classis. Porro, in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 322. ejusque *Introd. in Locos primos*, p. 28. In HUTTERI *Explic. F. C.* p. 247. In Fortges. Samml. von A. und M. 1728. p. 200. In Jo. MATTHÆI Orat. referente REIMMANNO

in

in Catal. bibliothecæ ſuæ, To. I. p. 51. In J. M. KRAFTII *Emendandis Hiſtoriæ Mayerianæ*, p. 32. In P. F. HANE *Append. 1. ad Hiſt. Crit. A. C.* p. 29. In B. MENCII *Elogiis quorundam Theologorum Witteb.* p. 83. In MUHLII *Diſſ.* P. 2. p. 72. ejusque *Bibliothecæ catal.* p. 51. In FEVERLINI *Biblioth. ſymbol.* p. 251. In KOHLII geſammt. Briefwechſel p. 83. Poſt præfationem: *Sicut in aliis artibus prodeſt tenere præcipuos locos, methodo & ſerie quadam diſpoſitos* etc. cui ſubjectus eſt *catalogus Locorum*, in ipſo opere pertractantur articuli ſequentes: De *Deo*, (cujus initium eſt: *Aptiſſimum huic Loco exordium*) *Quod unus ſit Deus.* De *tribus perſonis divinitatis*, & ſpeciatim de *Chriſto*, ex novo & vet. teſtam. De *Spiritu S.* De *Creatione.* De *Cauſa peccati & de contingentia.* De *humanis viribus, ſ. de libero arbitrio.* De *peccato.* De *peccato originis. Unde ſit P. O.* De *Pœnis. Teſtimonia, quod ſit P. O. & quid ſit.* De *peccatis actualibus.* De *lege divina. Diviſio legum*, ubi de Decalogo. De *lege naturæ.* Ubi collatio legis naturæ & Decalogi. De *uſu legis divinæ.* De *diſcrimine præceptorum & conſiliorum*, ubi etiam de *vindicta.* De *paupertate.* De *caſtitate.* De *Evangelio. Quare opus eſt evangelii promiſſione?* De *gratia & de juſtificatione*, ubi etiam de *fide.* De *bonis operibus* eorumque *merito.* De *promiſſionibus legalibus. Dilutio argumentorum pro meritis bonorum operum.* De *diſcrimine peccati mortalis ac venialis.* De *prædeſtinatione.* De *diſcrimine veteris & novi Teſtam.* De *Spiritu & litera.* De *libertate Chriſtiana.* De *ſacramentis.* De *ſacramentorum numero.* De *Baptiſmo.* De *baptiſmo Johannis & Apoſtolorum.* De *baptiſmo infantium.* De *cœna Domini.* De *euchariſtico ſacrificio.* De *pœnitentia.* De *peccato in Spiritum St. Teſtimonia de fidei neceſſitate in pœnitentia.* De *Confeſſione.* De *ſatisfactione.* De *poteſtate eccleſiaſtica, ſeu, de Clavibus*, ubi de *vocatione & ordinatione miniſtrorum.* De *eccleſia.* De *traditionibus humanis.* De *mortificatione.* De *ſcandalo.* De *regno Chriſti. Quod regnum Chriſti ſit ſpirituale.* De *reſurrectione mortuor.* De *afflictionibus*, ſeu, *de cruce toleranda.* De *Oratione.* De *magiſtratibus civilibus & dignitate rerum politicarum.* De *politia eccleſiaſtica.* Epiſtola dedicatoria ad Regem Angliæ: *Cum in docendo magnopere proſit tenere ſummas rerum, ordine & ratione diſtributas*, legitur etiam in *Epiſtolis* MELANCHTHONIS, a PEUCERO

Witteb. A. 1565. editis in 8. p. 154. & in *Epistolarum* editione *Londin.* Lib. I. p. 139. sed, omissis posterioribus foliis, allocutionem ad Regem continentibus. Quæ tamen in *Epist.* Londin. Lib. 3. p. 491. exhibentur. Occasio dedicationis refertur in ARNOLDI *H. E.* P. IV. p. 83. & SECKENDORFII *Hist. Lutheranismi*, Lib. 3. p. 111. Ex MELANCHTHONIS *Epist. ad* CAMERARIUM, p. 240. apparet, CAMERARIUM scripsisse Græcum Epigramma, *Locis* præfigendum, quod etiam in tituli pagina aversa legitur. De alio versiculo græco, in fine adjecto, & de verbis PLATONIS, in artic. de *Magistratu civili*, pl. z. 5. adductis, videantur *Epistolæ* MELANCHTHONIS, a MANLIO collectæ A. 1565. p. 362. pl. C. b. & in edit. *Londin.* Lib. 2. p. 452. Et, quid ipse MELANCHTHON de his *Locis* ad CAMERARIUM scripserit, ex *epistolis* ad illum p. 256. 257. 455. intelligere licet. ARNOLDUS vero in *Hist. eccles.* P. 2. Lib. 16. c. 9. §. 3. 4. 5. ZIEROLDUS in *H. E.* P. 1. p. 387. 388. & J. M. KRAFTIUS in *Emendandis Historiæ Mayerianæ*, p. 32. improbant Philosophiæ Aristotelicæ reductionem in ecclesiam. In hac editione, art. de *bonis operibus*, leguntur hæc verba: *Itaque non datur vitæ æterna propter dignitatem bonorum operum, sed gratis propter Christum. Et tamen B. O. ita necessaria sunt ad vitam æternam, quia sequi reconciliationem necessario debent.* Et porro: *Hæ tot causæ necessitatis concurrunt, quæ merito diligentiam bene operandi in nobis acuere debent, ut beneficium Dei retineamus.* In §. finali artic. de *Libertate christiana*, excusantur pii in exteris nationibus, ubi non possunt haberi, qui porrigant eis integrum sacramentum. Non vero additur, quo casu excusandi sint. Num, si unicam acceperint speciem, an vero, si ab utraque abstineant. Prior tamen indigitari videtur. Conf. *Epist.* MELANCHTHONIS, Lugd. B. editæ A. 1647. p. 338. 508. Cæterum, hypothesin de *fatali necessitate ex prædestinatione divina* hic sublatam esse, HUTTERUS jam observavit in *Locis Theol.* p. 10. 264. Conf. CHEMNITII *Loci Theol.* P. 1. de *Causa peccati*, p. 160. Idem de *absolutionis necessitate* aliisque sententiis durioribus & paradoxis notandum est.

Aliam

Aliam editionem *Wittebergenſem* ejusdem anni ejusdemque typographi, (in 8.) &, quomodo a priori differat, refert Dn. FEVERLIN in *Biblioth. ſymbol.* p. 251. n. 1064. In mei & *Bardenſis* exemplorum fine legitur: *Laus Deo.* pro: *Laus Deo.* Pl. c. IIII. b. lin. 9. *Ehiloſophi*, pro: *Philoſophi.* Pl. c. V. a. lin. 17. *ille*, pro: *illæ.* Quid altera habeat FEVERLINI editio, ipſe videbit vir accuratiſſimus.

In MICH. MAITTAIRE *Annal. typograph.* To. V. P. 2. p. 571. habentur *Loci communes Theologici, recens collecti & recogniti a* PHILIPPO MELANCHTHONE. Impreſſ. *Haganoæ* A. MDXXXV. menſe Martio.

III. Sequenti anno MDXXXVI. novæ prodierunt editiones.

Wittebergenſis in 8. per *Petrum Seitz.* Quam poſſideo & referunt die Fortgeſ. Samml. v. A. und N. 1728. p. 200. In ſerie articulorum, præfationi ſubjecta, & in ipſa tractatione in fine additum eſt caput de *Angelis.* Poſt artic. *Diviſio legum*, diſtinctæ ſequuntur inſcriptiones: *Decalogus. Prima tabula.* Titulus: *Secunda tabula*, jam habetur in edit. A. 1535. Interdum voces quædam transpoſitæ ſunt. Ut pl. I. 7. a. lin. 18. *docentium ac diſcentium.* In artic. de *tribus perſonis*, pl. B. 8. b. habet: *Pater autem Deus* communicat *eſſentiam ſuam* illi imagini, pro: *transfundit in illam imaginem.* In artic. de *Libertate Chriſt.* mutatæ ſunt §§. finales, ipſaque verba de piis, excuſandis in caſu impoſſibilitatis, omiſſa. In artic. de *Sacramentis*, inſerta ſunt verba: *Sacramenta propoſita ſunt, ut Deus per ea moveat, ſicut per verbum. Quare in adultis excitari fides debet, juxta illud: Juſtus fide ſua vivet. Cæterum, in infantibus agit Deus ſuo quodam modo, adhibito ſigno, ut infra dicetur.* In illius fine, ubi de caritate S. C. promovenda, agitur, addita ſunt verba: *de caritate, & profecto non eſt levis adhortatio.* De ſubſtantia euchariſtiæ dicitur: *Chriſtus impertit nobis corpus ſuum. Sentio, Chriſtum vere adeſſe Sacramento ſuo, & ibi efficacem eſſe.* etc. In *Epiſtolis* quidem, a MANLIO collectis, p. 362. MELANCHTHON A. 1536. d. 28. Martii ſcribit: *Eſt alius locus ex* PLATONE, *de quo ſæpe ſum interrogatus. Itaque jam in recudendo verti pluribus verbis*: Sed, non video uberiorem

riorem versionem, vel explicationem, in editionibus A. 1536. Declaratio verborum PLATONIS apud ipsum MANLIUM legi potest, & in MELANCHTHONIS epistolis, *Londini* editis, Lib. 2. p. 452.

Argentoratensis in 8. per *Joannem Albertum*, mense Martio, cum indice reali locupletissimo & quorundam erratorum. Hanc etiam possideo, & recensetur in HARDTII *Autogr.* To. 2. p. 202. Post titulum: *de lege naturæ*, editiones *Witteb.* A. 1535. 1536. habent inscriptionem: *Catalogus*. Sed, præsens *Argentoratensis*: *Decalogus*, quia leges naturæ recensentur secundum ordinem Decalogi. In aliis sequitur quidem editionem *Witteb.* A. 1535. sed, in artic. de S. C. hic leguntur verba, in PEUCERI Tr. de *sententia Melanchthonis de S. C.* p. 118. 119. obvia: *Multæ & horribiles —— secuturæ sint.* Pro quibus *Wittebergensis* habet: *De usu hujus sacramenti, si vetus ecclesiæ consuetudo non esset abolita, facile esset judicium. Olim enim fuit una communis Missa, certis diebus in singulis ecclesiis, hoc est, in qua Presbyter iis, qui petebant, porrigebat corpus & sanguinem Domini. Et accipio, in Græcis paroeciis ne hodie quidem plures Missas fieri, quam illam unam, quæ fit a Pastore. Disputant etiam de Metaphora. Sed sentio, Christum vere adesse sacramento suo, & ibi efficacem esse. Sicut ait* HILARIUS: Quæ sumta & hausta faciunt, ut Christus sit in nobis, & nos in Christo. *Et* CYRILLUS *inquit in Johan. cap. 15.* Unde considerandum est, non habitudine solum, quæ per caritatem intelligitur, Christum in nobis esse, *verum etiam participatione naturali.* etc. Inter alia Argentoratensis omisit testimonium CYRILLI, in *Locis* A. 1535. & in *Apol. A. C. art. 10.* obvium. E contrario habet dictum Paulinum *1. Cor. X. 16.* iterum in *Apol. A. C. l. c.* legendum, alibi vero in *Locis* non observatum, & dicit: *Itaque, datis his rebus, pane & vino, in Cœna Domini, exhibentur nobis corpus & sanguis Christi. Et Christus vere adest sacramento suo, & efficax est in nobis, sicut* HILARIUS *inquit: Quæ sumta & hausta faciunt, ut Christus sit in nobis, & nos in Christo.* Quomodo vero MELANCHTHON dictum Paulinum intellexerit, ex *Apol. A. C.* PEUCERI *Tr. de sententia* MELANCHTHONIS *de S. C. p. 96. 105. 108.* & *To. IV. Oper.* p. 246. 247. 800. 811. cognoscere

scere licet. Conf. SPENERI Theol. Bedenken, P. IV. p. 723. In artic. *de Prædestinat.* ejusque verbis: *Quod certe faciunt illi, qui quærunt causam electionis, aut tollunt causam electionis*, hic omissa sunt postrema: *aut tollunt causam electionis*, Particularistis opposita.

Editionem hujus anni *Augustanam* in 8. qua antecedens *Wittebergensis* anni 1535. repetita, refert FEVERLINUS in *Biblioth. symbol.* p. 252.

IV. Nova editio *Wittebergensis*, A. MDXXXVIII. in 8. typis *Petri Seitz* excusa, recensetur a J. M. KRAFTIO in *Emendandis historiæ Mayerianæ*, p. 31. a. P. F. HANIO in *Append. I. Hist. crit. A. C.* p. 29. In denen Fortges. Samml. v. A. u. M. 1728. p. 200. in *Catalogo Biblioth. Muhlianæ*, p. 55. ejusque Vorbericht zum unverfälschten Sinn Lutheri etc. §. 11. & denique a ZIEROLDO in *H. E.* p. 388. qui addit: Da bald großer Haß und Zwiespalt zwischen LUTHERO und MELANCHTHONE entstand, ad ea fortassis respiciens, quæ ex annis 1536. 1537. fusius a me exposita sunt in *Hist. Libri Torgensis, P. VIII. p.* 7. sqq. Add. *Epistolæ* MELANCHTHONIS, Lugd. B. editæ A. 1647. p. 403. 438. 441. 444. &, quæ Londini prodierunt A. 1642. Lib. 2. p. 234. Ex hac editione quædam allegantur in SCHLÜSSELBURGII *Catal. hæreticor.* Lib. IV. p. 133. & HUTTERI *Explic. F. C.* p. 472. quæ non dissentiunt a *Locis* antecedentibus. Sed, in PEUCERI Tr. *de sententia* MELANCHTHONIS *de S. C.* p. 118. dicitur, verba de S. C. ex editione *Argentoratensi* A. 1536. adducta, legi etiam in editione anni 1538. Quod si de nostra valeret *Wittebergensi* anni 1538. cum Dn. P. F. HANE l. c. p. 29. dici non posset, illam ubivis consentire cum *Wittebergensi* anni 1535.

V. Datur etiam editio, A. MDXXXIX. *Halæ Suevor.* in 8. excusa cum *interpretatione græcarum sententiarum ac dictionum, quæ passim in hoc libello reperiuntur*, prioribus editionibus non adjecta. Additus quoque est index alphabeticus, & recensetur in Fortges. Samml. v. A. u. M. 1728. p. 195. & in *Catalogo Bibliothecæ Reimmann.* To. I. p. 459.

VI. Alia, ibidem A. MDXL. in 8. & cum iisdem additamentis impressa, refertur in HARDTII *Autogr.* To. II. p. 233. & in KRAFTII *Emend. Hist. Mayer.* p. 31.

VII. Nova prodiit *Wittebergæ*, a *Georg. Rhau* excusa A. MDXLI. in 4. sub tit. *Loci communes Theologici, recens collecti & recogniti a* PHILIPPO MELANCHTHONE. Recensetur in HARDTII *Autogr.* To. 2. p. 236. in Fortges. Samml. v. A. u. N. 1728. p. 195. & KOHLII gesamml. B. W. p. 83. Dn. FEVERLIN in *Biblioth. symbol.* p. 252 alium exhibet titulum: *Loci communes Theologici, collecti & recens recogniti a* PHIL. MELANCHTHONE. *Witteb.* 1541. in 4.

In mea bibliotheca habetur editio hujus anni in 8. ex officina *Petri Seitz*, cum tit. *Loci communes Theologici, recens recogniti a* PHILIPPO MELANCHTHONE. *Vitebergæ* MDXLI. post Præfationes ex foliis constans 212. Recensetur in HARDTII *Autogr.* To. 3. p. 308. (ubi tamen titulus respondet editioni majori To. 2. p. 236.) in KRAFTII *Emendandis Hist. Mayerianæ*, p. 31. & in KOHLII gesamml. Briefwechsel. p. 83.

An, & qua ratione, duæ istæ editiones differant, nescio. In mea minori, remota Ep. dedic. ad Regem Angliæ, alia substituta est præf. *ad pios & studiosos Scholasticos: Ut exulat in mundo ecclesia.* Quam KRAFTIUS novam aque prioribus diversam & pereruditam vocat. De majori vero in 4. refert Dn. FEVERLIN l. c. ibi dedicationem priorum editionum ad Regem Angliæ, (sed in fine a §. *Ut autem hic commentarius auspicatius exiret*, truncatam) sub tit. *Præfationis ad Lectorem*, repeti. De qua truncatione vid. hujus §. n. 2. Quo sensu vero M. MYLIUS in *Chronolog. Scriptor. Melanchth.* hanc editionem *tertiam* dixerit, non capio, approbante licet GORINGIO in KOHLII gesammleten Briefwechsel, p. 83. & consentiente B. MENCIO in *vitis quorund. Theol. Witteb.* p. 85. Interim in editione minori in 8. quædam observo singularia. Præter novas quasdam subdivisiones novosque titulos in artic. de *Lege*, ipsam tamen tractationem non variantes, in plerisque editioni quidem *Wittebergensi* anni 1536. conformis est: Sed in artic. de *bonis operibus* verba ita fluunt: *Itaque non datur vita æterna propter dignitatem bonorum operum,*

operum, sed gratis propter Christum. Et tamen hæc nova spiritualis obedientia *ita necessaria est ad vitam æternam, quia sequi reconciliationem necessario debet.* Hæc Jo. Musæus in *Prælect. in F. C.* p. 181. & Dn. Walchius in *Controvers. Lutheranor.* P. 1. p. 100. sic referunt germanice: Derohalben wird das ewige Leben nicht gegeben wegen der Würdigkeit unserer guten Werke, sondern aus Gnaden, um Christi willen. Und ist doch dieser neue geistliche Gehorsam nöthig zum ewigen Leben, dieweil er auf die Versönung mit Gott folgen muß, & dicunt, illa in Melanchthonis *Corpore doctrinæ* legi, anno 1536. edito, f. 75. Quodnam illud sit *Corpus doctrinæ*, non intelligo. In *Ducalium actis Colloquii Altenburg.* f. 99. a. unde Musæus sua desumsit, Electorales tantum faciunt mentionem de *Locis Theologicis*, A. 36. & 49. impressis, in quibus hæc verba legantur. Sed, in neutra illarum editionum occurrunt. Tantum leguntur in *latinis Locis* anni 1541. quos ipsi quoque Electorales l. c. in antecedentibus adduxerunt. Jam video, in *Ducalium Actis colloquii germanicis* errore typographi positum esse annum 49. Pro quo in *Actis latinis*, p. 117. b. & in *Electoralium Actis colloquii*, f. 84. b. recte habetur annus 41. Et in hujus editionis fol. 75. b. hæc verba extant latine. Unde illa germanico idiomate adduxerunt Electorales in *Actis* suis *Colloquii Altenburg.* f. 84. b. Porro, in artic. de *tribus personis*, cur filius dicatur λόγος, p. 4. b. additur: *Sunt, qui aliquanto minus subtiliter* λόγον *dici existimant, quia fit persona, loquens cum Patribus, sicut in scriptura constat, filium Dei collocutum esse cum Jacob, Mose, Daniele.* Quod tamen in *Locis* ultimis A. 1545. non legitur. In artic. de *Libert. Christ.* f. 119. a. sublata est ultima §. edit. *Witteb.* A. 1536. de casu impossibilitatis accipiendi utramque eucharistiæ speciem. Pro verbis A. 1535. 1536. in artic. de *tribus personis*: *Porro, cum haud dubie sit natura filius, necesse est, in eo aliquid esse divinæ naturæ substantialiter. Quicquid autem est extra personam Patris, quod tamen est aliquid divinæ naturæ, id necesse est personam esse,* habet: *Porro — necesse est, in eo aliquam esse divinam naturam substantialiter. — Patris, quod tamen est aliquid divinæ naturæ* etc. Ante tractationem de *Spiritu S.* inserta est §. *Cum cogitamus* etc. duas naturas & officia Christi

ex

ex V. T. apparitionibus illustrans. In artic. de *Lib. arbitr.* pro: *Præterea, si de tota vita piorum*, hic legitur: *Præterea, si de moribus piorum.* Ante tract. de *Peccatis actualibus*, quatuor paginæ insertæ sunt ad uberiorem peccati orig. explicationem. Plura non libet addere. Ad vitia typographica refer p. 133. a. *commode*, pro: *incommode*, ut recte legitur *To. I. Oper.* MELANCHTH. f. 245. a.

VIII. *Loci medii* inserti quoque sunt Tomo II. *Operum* MELANCHTHONIS, *Basileæ* cura HERVAGII A. 1541. sqq. impressorum, & in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 403. in CONR. GESNERI *Bibliotheca universali*, f. 556. & *Catal. Biblioth.* J. A. FABRICII, P. I. p. 165. adductorum. Inde DORSCHEUS verba de notitia & apparitionibus Filii Dei in V. T. allegavit in *Collat. ad Concilium Sirmiense*, p. 160. Præfatio MELANCHTHONIS, A. 1542. scripta, habetur in *Epist.* a PEUCERO A. 1565. editis, p. 141. in edit. *Londin.* Lib. I. p. 144. & in *Operibus*, a PEUCERO editis, To. 3. post dedicationem. Conf. MICH. MAITTAIRE *Annal. typogr.* To. II. P. 1. p. 359. 378.

IX. Denique, *Locos medios* A. MDCXX. *Francof. ad M.* in 8. recusos esse, referunt die Fortges. Samml. v. A. u. N. 1728. p. 200. Obscura tamen sunt, quæ in titulo leguntur: *sicut editi sunt Wittebergæ primum anno MDXXXV. & deinde MDXXXVI. Item MDXXXVIII. & tandem MDXLI.* Has enim editiones in multis a se invicem differre, constat. Quantum ex collatione perspexi, desiderantur hic additiones editionis A. 1541. Adsunt vero loca anni 1536. Habetur hæc editio *Francofurtensis* in Bibliotheca rever. Dn. Collegæ mei, D. LEVIN MÖLLERI. Præfixa est dedicatio ad Regem Angliæ, & Præfatio anni 1541. ad *pios & studiosos Scholasticos.* In fine addita est appendicula testimoniorum de hoc libello, ex *Ordinatione Danica* & *Slesvicensi*, LUTHERO & H. WELLERO.

X. Quid de his *Locis mediis* ipse judicet, vel referat, MELANCHTHON, ex illius *Epistolis ad* CAMERARIUM, p. 250. 256. 257. 455. ex illius *Consiliis latinis*, P. I. p. 339. 342. 390. ex *epistolis*, a PEUCERO A. 1565. in 8. editis, p. 101. 106. ex *Epist.* L. B. A. 1647. editis, p. 378. 379. 385. 403. 438. 441. 444.

444. 445. ex *præfatione* MELANCHTHONIS, Hervagianæ *Operum* editioni, & To. 3. *Operum*, a PEUCERO editorum, præfixa, ut & *epistolis*, a PEUCERO A. 1565. editis, p. 141. inserta, denique ex To. II. *Operum*, a PEUCERO editorum, p. 153. To. IV. p. 834. & ex PEUCERI Tr. *de sententia* MELANCHTHONIS *de S. C.* p. 65. 66. 67. 81. 85. cognoscere licet, lectu utique dignum & necessarium. Inprimis notanda sunt verba ex ultimo loco *Epistolarum*, Lugd. B. A. 1647. editarum, ubi ad VIT. THEODORUM scribit A. 1737. *Scis, me quædam minus horride dicere de prædestinatione, de assensu voluntatis, de necessitate obedientiæ nostræ, de peccato mortali. De his omnibus scio, re ipsa* LUTHERUM *sentire eadem* etc. LUTHERI testimonia, prorsus egregia, habentur in *Colloquiis mensal.* To. XXII. *Oper. Halens.* p. 1067. (quæ ad A. 1540. refert *appendicula* editionis præcedentis,) & in MATHESII *Concionibus* de LUTERO ad annum eundem. Tantum improbasse legitur thesin de *necessitate bonorum operum ad salutem*, ut in *Hist. libri Torgensis*, P. VIII. p. 11. fusius exposui. Vel etiam copulationem trium causarum in conversione. Vid. §. IV. n. 36. HUTTERUS quoque in *Explic. F. C. p.* 247. & in *Locis Theolog.* p. 264. honorifice de illis judicat. Et sic MUHLIUS in *Dissert.* P. II. p. 72. Interim jam in his *Locis* pleræque occurrunt hypotheses, deinceps in controversiam vocatæ, vel improbatæ: *Quod filius Dei cogitatione Patris sit genitus. Quod in eo sit aliquid divinæ naturæ. Quod Jer. XXIII. 6.* צדקנו *sit justificator noster. Quod communicatio idiomatum sit figura sermonis. Quod verbum in Christo patiente requieverit. Quod homo sine Spiritu S. non possit efficere, vel concipere, motus & affectus spirituales. In conversione audiendum esse a verbo, annitendum esse, ut obtemperemus. Quod debeamus nos erigere. Quod voluntas se sustentet verbo, & Spiritus S. adjuvet infirmitatem nostram. Quod in conversione hæ conjungantur causæ: Verbum, Spiritus S. & voluntas, non sane otiosa, sed repugnans infirmitati suæ.* Adducuntur testimonia BASILII & CHRYSOSTOMI: *Voluntas in piis actionibus & conatibus non est otiosa, sed tamen adjuvatur a Spiritu S. Evangelium concionatur de pœnitentia & bonis operibus & de lege. Evangelium arguit peccata. Evangelium prædicat & requirit pœnitentiam. In nobis esse causam, ut justificationis, sic electionis, fidem.*

Cum fide se mens erigit, donantur remissio peccatorum & reconciliatio. Meritum operibus detrahitur in remissione peccatorum, non, quia nos nihil agamus, sed, quia remissio est donatio, ut sit certa. Cum Deus remittit peccata, simul donat nobis Spiritum S. qui novas virtutes in piis efficit. Fiduciam obedientia nostra & pleræque virtutes comitari debent. Particula exclusiva: gratis, non excludit nostram pœnitentiam & bona opera, sed tantum conditionem dignitatis excludit. Agimus aliquid, cum desperationi resistimus, & nos erigimus atque consolamur promissione Christi. Quod cum facimus, Deus est efficax per verbum, & nos adjuvat. Bona opera facienda sunt, ut beneficium Dei et fidem retineamus. Sacramenta sunt signa. Tria sunt Sacramenta, baptismus, Cœna Domini & absolutio. Pœnitentia est sacramentum. Ecclesia est coetus visibilis. Evangelium docet de quadam spirituali & æterna justitia in corde.

§. IV.

CLASSIS III. LOCI ULTIMI.

I. Ultimos *Locos* elaborandi occasionem præbuerunt disputationes Pontificiorum in Colloquiis *Wormatiensi* & *Ratisbonensi*, A. 1540. 1541. variaque illorum scripta hostilia, adversus Protestantium doctrinam edita. Inde, domum redux, publicis prælectionibus *Locos Theologicos* retexere instituit MELANCHTHON. Sic referunt Theologi *Electorales* in suis *Actis Colloquii Altenburg.* f. 182. b. 319. a. & im Endlichen Bericht, fol. 17. a. cumque illis PEZELIUS in *Ep. dedic. Locorum Theol.* VICT. STRIGELII. Extat etiam *insignis & luculentissima s. scripturæ methodus, in Mose ostensa* a PHIL. MELANCHTHONE, *cum A. 1541. Locos suos Theologicos retexeret*, in HARDTII *Autogr.* To. 2. p. 277. & SALIGII *Hist. A. C.* P. 3. p. 547.

II. *Prima* editio lucem publicam vidit *Wittembergæ* apud *Petr. Seitz*, A. MDXLIII. in 8. quo etiam *præfatio* scripta est: *Prodest, firma & perspicua testimonia*, To. 1. *oper.* MELANCHTHONIS, a PEUCERO A. 1562. edito, *Locis* præfixa fol. 147. b. cum præmissa inscriptione: *Locorum Theologicorum postrema editio, absoluta Wittebergæ A. 1543.* Nec obstat, quod in *Indice*, Tomo I. *operum* præmisso, dicatur, postremam editionem absolutam

solutam esse A. 1545. Factum hoc est propter nova augmenta novasque mutationes anni 1545. Nihilo minus editio anni 1543. dici quoque debuit *postrema*, quia ad ultimorum *Locorum* classem pertinet. Sic ipsi referunt Theologi *Electorales* im Endlichen Bericht, p. 17. a. p. 18. b. 19. a. & in *Actis* suis *Colloquii Altenburg.* f. 182. b. 84. b. ubi editionem dicunt *auctam*. Equidem & illi primam ultimorum *Locorum* editionem ad annum referunt 1544. in *Actis* suis *Colloquii Altenb.* f. 319. a. Sed, hoc iterum fieri potuit propter novas accessiones, occasione Libri, a *Clero secundario Colonienſi* A. 1543. editi, factas. Cæterum, PEUCERUS quoque in Tr. *de sententia* MELANCHTH. *de S. C. Locos* postremos editos esse dicit A. 1543. D. LUTHERO vivente & probante. Idemque factum est a CHR. PEZELIO in *Ep. Dedic.* VICTORINI STRIGELII *Locis Theologicis* præfixa. Recensetur autem hæc editio in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 449. cum titulo: *Loci Theologici, recens recogniti, autore* PHILIPPO MELANCHTHONE. *Witteb.* 1543. in denen Fortgesetzten Samml. von A. u. N. 1728. p. 195. ubi etiam fit mentio *præfationis ad Studiosos Theologiæ*, in J. M. KRAFTII *Emendandis historiæ Mayerianæ*, p. 31. & in BELLARMINI *Controvers.* To. 3. de *Sacram. Poenitentiæ*, Lib. I. c. 9.

Ex relatione Theologorum *Electoralium* im Endlichen Bericht, fol. 131. a. & in *Actis suis Colloquii Altenburg.* f. 343. b. verba editionum A. 1535. 1536. 1541. in artic. de *viribus humanis*, *s. de libero arbitrio*, obvia: *Neque hæc eo dicuntur, ut laqueos injiciamus conscientiis, —— In hoc exemplo videmus conjungi tres causas, verbum, Spiritum S. & voluntatem, non sane otiosam, sed repugnantem infirmitati suæ*, leguntur etiam in editione, anno 1543. impressa. Sed, in editione anni 1545. extant, quæ To. I. *Oper. Philippicor.* a PEUCERO editorum, f. 167. leguntur: *Ac sæpe dictum est, —— in hoc certamine voluntas non est otiosa*, ab ipsis *Electoralibus* im Endlichen Bericht adducta f. 130. b. & in *Actis Colloquii Altenburg.* f. 343. b. E contrario in *Actis* suis *Colloquii Altenburg.* f. 84. 182. 183. multa referunt verba ex editione anni 1543. non in editionibus antecedentibus, sed in edit. anni 1545. & To. I. *Operum*, f. 201. 202. 213. 215. 217. b. obvia.

Unde colligi posse videtur, editionem anni 1543. novam quidem ordiri *Locorum* classem, in illa tamen ex antecedentibus editionibus plura conservata esse, quam in sequentibus. Interim in M. Mylii *Chronolog. Scriptorum Philippicorum* sola *Præfatio* refertur ad annum 1543. ipsum vero *Locorum* postremorum opus ad A. 1545. teste Göringio in Kohlii gesamml. Briefwechsel, p. 83. Idemque habet B. Mencius in *Vitis quorundam Theologorum Wittebergens.* p. 86. 87.

An editio *Lipsiensis*, a Dn. Feverlino in *Biblioth. symbol.* p. 252. n. 1067. adducta, sit præcedentis *Wittebergensis* anni 1543. repetitio, uti quidem Dn. Hambergero visum fuit in Kohlii gesamml. B. W. p. 122. ex accuratiori collatione cum sequenti *Wittebergensi* anni 1545. aliisque A. 1548. 1549. 1552. 1553. duplici incremento in *Locis* ipsis, Tr. de *conjugio* atque *Definitionibus multarum appellationum*, auctis, ipse judicabit Dn. Feverlin. Sola præfatio: *Prodest, firma & perspicua*, Wittebergæ A. 1543. scripta, hoc indicare nequit, sequentibus etiam editionibus, valde mutatis, præfixa. Nec Vögelinus A. 1543. *Lipsiæ* habuit officinam. Mihi videtur esse editio, n. 17. a me adducenda. Qui potest, videat, quid in editione anni 1543. legatur pro verbis, in editione anni 1545. cæterisque sequentibus, & To. I. *oper.* f. 297. a. obviis: *Nunc agitur annus a natali Christi 1544.*

III. Inde jam intelligitur, extare editionem anni MDXLIV. cui hæc verba primum inserta sint. Et *Wittebergensem* hujus anni in 8. refert Hardtius in *Autogr.* To. I. p. 460. Ipse quoque Melanchthon de illa scribit in *Epist. ad* Camerarium, p. 448. 486. Et de illius occasione dixi præcedente num. 2.

IV. Anni MDXLV. editio in 8. *Wittebergæ* a P. Seitz curata, in mea habetur Bibliotheca, & recensetur in Hardtii *Autogr.* To. II. p. 266. & in Feverlini *Bibliotheca symbol.* p. 252. Conf. Hutteri *Loci Theol.* p. 10. et Kohlii gesamml. B. W. p. 83. Titulus est: *Loci Theologici, recens recogniti auctore* Phil. Melanthone. *Wittebergæ, Anno 1545.* In fine legitur: *Wittebergæ, ex officina* Petri Seitz, *anno MDXLV.* Titulum sequitur præfatio ad lectorem: *Prodest, firma & perspicua testimonia*

nia etc. et deinde alia præfatio *Locorum: Ita conditi sunt homines a Deo.* Ipse articulus 1. de *Deo,* sic incipit: *Ideo conditum est genus humanum,* totumque opus duplici gaudet indice, in meo codice tractationi præmisso. 1. *Locorum & præcipuorum capitum, quæ in singulis locis tractantur.* 2. *Locorum scripturæ, in hoc libello obiter explicatorum.* Quomodo ab editione anni 1543. differre videatur, paulo ante num. 2. exposui. Multa tamen in hac quoque leguntur editione, jam in *Locis* mediis obvia. Judice HUTTERO in *Locis Theol.* p. 10. præsens editio anni 1545. multis erroribus referta est, prioribusque, *mediis,* duplo, immo triplo, auctior. Quemadmodum etiam Dn. BAUMGARTEN ait, editionem anni 1543. auctiorem prodiisse A. 1545. in Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 400. Iidem hic tractantur articuli, qui in *Locis* mediis, licet alio ordine, ex *Corpore doctrinæ* & *Tomis* PHILIPPI aliisque editionibus *Locorum* sequentibus, facile observando. Articulus vero de *Angelis* omissus est.

Basileensem hujus anni editionem in 8. ex officina ROBERTI WINTERI, cum Indice locorum scripturæ & rerum ac verborum, in hisce omnibus memorabilium, referunt die Fortges. Samml. von A. u. M. 1728. p. 195. In GESNERI *Biblioth. universali, f.* 557. dicitur: *apud* JOH. OPORINUM. Nescio, an diversa sit editio. HARDTIUS in *Autogr.* To. 2. p. 266. non habet typographi nomen.

V. Anno sequenti MDXLVI. *Lipsiæ* prodiit editio nova in 8. die 1. Jan. absoluta in officina VAL. PAPÆ, cum ampliore titulo & elogio *sacro sancti operis.* Recensetur in Dn. BAUMGARTEN Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 399.

Aliam idem curavit PAPA eodem anno in 8. cum præmissa Græcarum dictionum, quæ obiter inseruntur, explicatione, brevique Ps. XXXII. paraphrasi metrica. Habetur in Bibliotheca mea, & recensetur in Dn. BAUMGARTEN Nachr. v. M. B. Vol. VI. p. 401.

Quam editionem referant Dn. FEVERLIN in *Biblioth. symb.* p. 252. & *Catalogus Biblioth. Moeno Francofurt.* dicere nequeo. In *Catalogo Bibliothecæ* J. A. FABRICII, P. 1. p. 187. n. 2928. pro

Locis Theologicis ad hunc annum refertur *Lipsiensis* editio *Corporis doctrinæ*.

Tertiam hujus anni editionem, *Basileensem*, in 8. mense Martio vulgatam, habet Dn. BAUMGARTEN in Nachr. v. M. B. Vol. VI. p. 403.

Quæ vero CALOVIUS in *Critico S. in A. C.* p. 167. & ex illo B. RANGO noster in *Hist. syncretismi*, p. 617. de editione anni 1546. referunt, non de hac, sed de editione anni 1548. valent. Conf. BAUMGARTEN l. c. p. 404.

Ex editione *Lipsiensi* ejusque p. 437. HÖPENERUS in *Isag. de S. C.* Tr. *pract. Sect. I. art. I. cap. XI. aph. 3. can. 2.* p. m. 520. adduxit prolixiorem *Confessionem peccatorum*, cujusmodi forma in *Agendis Pomer. eccles.* f. 132. a. habetur. In CRENII *Animadvers.* P. XV. p. 144. errore typographi annus *Locorum* expressus est MDXLVII. Quem etiam habet Dn. WALCHIUS in *Biblioth. Theol. sel.* P. I. p. 34. Nescio quoque, an vera sint, quæ CRENIUS refert, quod *Confessionis formulam* neque in editione Locorum *Basil.* A. 1561. neque in *Corpore doctrinæ* A. 1565. neque in aliis, quas habuit, editionibus, repererit. Ego, sane, illam non solum in editione Lipsi. A. 1546. ab HÖPFNERO adducta, sed in reliquis etiam meis *Locorum* pariter, ac *Corporis doctrinæ*, editionibus omnibus, ab A. 1545. impressis, inveni, quemadmodum legitur To. I. *Oper. Philippicorum*, f. 251.

VI. Anno MDXLVII. *Basileæ* in 8. nova impressa est editio in officina *Oporiniana*, a FEVERLINO adducta in *Biblioth. symbol.* p. 252. Recensetur etiam in *Bibliotheca Muhliana*, p. 49. & ex illa verba quædam de beatitudine hujus vitæ a MUHLIO allegantur im Vorbericht des unverfälschten Sinnes LUTHERI etc. §. 11. Quæ etiam in antecedentibus hujus classis editionibus A. 45. 46. & To. I. *Operum Philippicor.* fol. 301. b. 302. a. leguntur. Conf. MAITTAIRE *Annal. typogr.* To. III. P. I. p. 217.

VII. Tandem vero in lucem exiit famosa illa editio *Lipsiensis* anni MDXLVIII. in 8. apud VAL. PAPAM, in cæteris quidem, quantum constat, editionibus annor. 1545. & sequentium conformis, sed in artic. de *Libero arbitrio*, p. 84. 85. insertis quibusdam paragraphis aucta: *Vidi multos non Epicuræos. Nec admittendi*

mittendi sunt Manichæorum furores. Si tantum expectanda esset. Sic igitur illis. Ideo veteres aliqui sic dixerunt, To. I. *Oper.* MELANCHTH. f. 167. & in latino *Corpore doctrinæ* cæterisque sequentibus ultimæ classis editionibus omnibus obviis. Præsens exemplum anni 1548. habetur in mea bibliotheca ex bibliotheca B. RANGONIS nostri, & recensetur a FEVERLINO in *Biblioth. symbol.* p. 252. in Fortges. Samml. von A. u. M. 1728. p. 196. & MAITTAIRE *Annal. typogr.* To. V. P. 2. p. 67. *Omnium pessima* dicitur a J. F. MAYERO nostro in Diss. *de Locis Theol.* PHIL. MELANCHTHONIS, p. 13. & multorum accusatur errorum, inprimis vero crassioris *synergismi*, ante colloquium *Vinariense* ab A. 1553. in Colloquio A. 1560. & post illud, a TIL. HESHUSIO, WIGANDO, NIC. GALLO aliisque. A. FLACIO in disp. *de originali peccato & libero arbitrio*, SIM. MUSÆI *Actis colloquii Vinar.* adjuncta, p. 293. 294. coll. p. 355. 367. 390. Ab eodem FLACIO in SCHLÜSSELBURGII *Catal. hæreticor.* Lib. V. p. 526. coll. SALIGII *Hist. A. C.* P. 3. p. 647. 848. A ZACH. PRÆTORIO apud SCHLÜSSELBURGIUM, l. c. p. 542. A NIC. GALLO in SALIGII *Hist. A. C.* P. 3. p. 576. A Theologis *Thuringicis* in suis *Actis Colloquii Altenburg. german.* f. 359. 360. 468. 480. 502. 503. 506. in *Latinis* vero, p. 562. b. 568. a. 571. a. & im Bericht wieder der Churs. Endlichen Bericht, pl. Hh. A MÖRLINO in HARTKNOCHII Preußischen Kirchen-Hist. p. 447. 449. A Theologis *Jenensibus* in den Fallstricken etlicher neuen Sacrament-Schwärmer zu Wittenberg, pl. F. 2. A Jo. WIGANDO in scripto german. Ob die neuen Wittenberger mit denen alten stets einig gelehret, in SCHLÜSSELBURGII 24. hochwichtigen Fragen und Bedencken, p. 86. A M. CHEMNITIO in RETHMEIERI *Supplem. H. E. Brunsvic.* p. 120. coll. *Loc. Theol. P. 1. de Causa peccati, c. 8. p. m. 160.* Ab *auctoribus F. C.* in HUTTERI *Conc. conc.* p. 640. A SCHLÜSSELBURGIO in *Theol. Calvinistarum lat.* Lib. 3. f. 13. a. 14. b. in *German.* P. 3. p. 29. & in *Catal. hæreticor.* Lib. V. p. 14. 31. Ab HUTTERO in *Locis Theol.* p. 7. 265. in *Explic. F. C.* p. 16. 200. in *Conc. conc.* p. 345. 346. 347. A CALOVIO in *Critico S. in A. C.* p. 167. A. Dn. BAUMGARTEN in Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 404. A CARPZOVIO in *Isag. ad LL. SS.* p. 1269.

A

A Jo. Musæo in *Prælect. in F. C.* p. 14. & Quenstedio in *Syſtem. Theol.* P. 2. p. 189. E contrario Melanchthon, a Brentio, Chemnitio, Jac. Rungio noſtro aliisque, A. 1555. & in Colloquio *Wormatienſi* A. 1557. interrogatus, reſpondit, ſe non in gratiam *Synergiſtarum* hæc ſcripſiſſe, nec voluntatem hominis intelligere ſibi relictam: ſed, contra homines, peccati & conſcientiæ morſus ac ſtimulos ſentientes, ſed ſecuros, naturalique impotentia ad negligentiam abutentes, & ſine verbo raptum exſpectantes irreſiſtibilem, vel, *Manichæa* opinione, quosdam homines abſolute ad æternum exitium deſtinatos, ideoque illorum converſionem ſimpliciter impoſſibilem eſſe, ſibi perſuadentes, differuiſſe de univerſali obligatione ad uſum mediorum ſalutis ſpontaneamque pœnitentiam, & de poſſibili illius exercitio per & poſt gratiam prævenientem atque trahentem, ex *Joh. VI. 44. 45. Apoc. III. 20. Act. II. 37. 41.* Inde plurimi quoque Melanchthonis amici verba ejus vel approbarunt, vel excuſarunt, hoc præterea urgentes, quod multa, in his *Locis* improbata, jam legantur in *Locis mediis* ipſisque *ultimis*, a Luthero viſis & approbatis, Definitionem quoque *liberi arbitrii* ſic explicantes: *Liberum arbitrium*, (ſeu voluntas hominis, appetens bonum in genere, qua homo differt a bruto,) gratia præveniente illuminatum novisque viribus inſtructum, excitatum & a Spiritu S. adjutum, *eſt facultas applicandi ſe ad gratiam.* Vid. Theologor. *Electoral. Acta Colloquii Altenburg.* f. 340. b. 341. b. 342. 343. eorumque Endlicher Bericht, f. 17. 133. 134. 135. Fuſius hæc aliaque, in horum *Locorum* artic. de *libero arbitrio* improbata, expoſui in Hiſtoria Libri Torgenſis, P. V. p. 10. aliisque antecedentibus & conſequentibus. Conf. Chemnitii *Loc. Theol. P. 1. de lib. arb. c. 7. p. m. 184. 185.* Meisneri *Anthropol. S. diſp. 22. qu. 3. § 29.*

VIII. Sequitur editio anni MDXLIX. ab Huttero in *Explic. F. C.* p. 472. & Arnoldo in *H. E.* P. 2. p. 95. allegata. Impreſſa eſt *Lipſiæ* in 8. in officina Val. Papæ, & in fine adjectas habet quasdam paragraphos, poſt abſolutam operis impreſſionem a Melanchthone *Lipſiam* miſſas, ut Loco de *Cruce* inſererentur: *Etſi Philoſophia quærit. Etſi autem inde prima*

initia

initia sunt etc. etc. T. I. *Operum Philippicorum*, f. 271. loco illi annexas. Vid. Electoralium *Acta Colloquii Altenburg.* f. 320. a. Habetur hæc editio anni 1549. in bibliotheca mea, cum G. Sabini *hymno in natalem salvatoris.* Recensetur etiam in Feverlini *Biblioth. symbol.* p. 252. Arnoldo maxime ingratum est elogium *sacro sancti operis*, in titulo expressum. Quod tamen in editione anni 1546. jam legitur, & deinde in Nic. Hemmingii Præf. ad *Enchiridion Theologicum*, p. 332. *Operum*, Genevæ A. 1586. in fol. editorum, sed in posterioribus *Locorum* editionibus omissum est.

IX. Anno sequenti MDL. in 8. *Loci* prodierunt *Basileæ* apud Joh. Oporinum, sed absque elogio *sacro sancti operis*, & absque augmento articuli de *Cruce*. Ipsemet hanc edit. possideo.

Procul dubio vero augmentum hoc insertum est editioni ejusdem anni, *Lipsiæ* in 8. vulgatæ a Val. Papa, docentibus Feverlino in *Biblioth. symbol.* p. 252. Fortges. Samml. von A. und N. 1728. p. 196. & *Catalogo Biblioth.* J. A. Fabricii, P. I. p. 187. Cum hoc augmento articulus de *Cruce* legitur in Theoph. Gervasii *Panoplia Christiana*, Genevæ A. 1588. edita.

X. Formæ typorumque elegantia & magnitudine omnes anteriores editiones superat *Lipsiensis*, A. MDLII. a Val. Papa curata in 8. cum utroque augmento, in artic. de *libero arbitrio* & de *cruce*. Hæc augmenta fatentur Theologi *Electorales* in suis *Actis Colloquii Altenburg.* f. 320. & im Endlichen Bericht, f. 19. a. Referunt etiam, Melanchthonem plura additurum fuisse contra Stancarum, Thammerum, Osiandrum, Lauterwaldum aliosque, nisi *Flacianorum* obstitissent clamores contra crebriores *Locorum* mutationes. Ita vero comparata sunt hæc utriusque articuli augmenta, ut vix duo, vel tria, excedant folia. Nescio itaque, quo jure scribere potuerit Krafftius in *Emendandis Historiæ Mayerianæ*, p. 31. 32. quod post obitum Lutheri *Loci* prodierint *duplo auctiores*, nisi hoc duplex intellexerit augmentum, sed valde exiguum. Nec admitti potest, quod Theologi *Electorales* in *Actis* suis *Colloquii Altenburg.* fol. 319. a. & im Endlichen Bericht, f. 17. b. Chr. Pezelius

LIUS in *Ep. dedic.* VICT. STRIGELII *Locis Theolog.* præfixa, Auctores der Neuen Beytr. v. A. u. N. 1756. p. 912. & REIMMANNUS in *Catal. Bibliothecæ ſuæ*, To. I. p. 458. aliique tradunt, poſt annum 1543. nihil in *Locis* mutatum fuiſſe, niſi, quod, poſt mortem LUTHERI, in Loco de *libero arbitrio* una pagella inſerta ſit contra *Manichæos* & *Enthuſiaſtas*. Huic editioni *Lipſienſi* A. 1552. addita quoque eſt Tr. de *Conjugio*, jam A. 1551. a MELANCHTHONE *Wittebergæ* in 8. edita cum Præf. ad PETR. MEDMANNUM, hic tamen omiſſa. Vid. MELANCHTHONIS *Epiſt. ad* CAMERARIUM, p. 665. & *Epiſt.* edit. Lugd. Batav. A. 1647. p. 179. Habetur hæc *Locorum* editio in mea bibliotheca, & recenſetur a FEVERLINO in *Biblioth. ſymbol.* p. 252. in Fortgeſ. Samml. von A. u. N. 1728. p. 196. & KOHLII geſamml. B. W. p. 134. Locus autem de *Conjugio* legi poteſt in *Corpore doctrinæ*, To. I. *Operum Philippicorum*, in CHEMNITII *Locis Theologicis* & in Norimbergenſium *Dodecade*, p. 893. cum DURRII *Obſervationibus, in Iſagoge ad libros normales Norimb.* p. 131.

Eodem anno *Baſileæ* menſe Nov. prodierunt *Loci* in 8. cura JOH. OPORINI & cum artic. *de Conjugio*. Habentur in Bibliotheca mea & generoſ. Senatus *Stralſundenſis*. Recenſentur etiam in Dn. BAUMGARTEN Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 403. 404.

XI. Sequenti anno MDLIII. *Lipſiæ* in officina VAL. PAPÆ nova excuſa eſt editio in 8. cum Loco *de Conjugio* & adjunctis *Definitionibus multarum appellationum, quarum in eccleſia uſus eſt*, traditis a MELANCHTHONE *Torgæ* (quo, peſte *Wittebergæ* graſſante, A. 1552. ſeceſſerat) et *Wittebergæ* A. 1553. In *definitionibus* nonnulla obſervo vitia, ſed in aliis etiam ſequentibus editionibus conſervata. In Definitione *Dei* legitur: *creaturis hominum*, pro: *creaturis omnibus*. In priore definitione *fidei*: quia format imagines *objecto*, pro: quia format imagines, *intuens objectum*. In poſteriore definitione *fidei*: agnita *juſtitia*, pro: agnita *miſericordia*. In definitione *juramenti*: *quam* petimus, pro: *qua* petimus. Habetur in mea bibliotheca, & recenſetur in FEVERLINI *Biblioth. ſymbol.* p. 252. in Fortgeſ. Samml. von A. u. N. 1728. p. 197. & KOHLII geſamml. B. W. p. 122.

De-

Definitiones deinde quoque insertæ sunt *Corpori doctrinæ*, To. I. *Oper. Philippicor.* & *Dodecadi Norimberg.* cui DURRII *Observationes* iterum jungendæ.

Aliam ejusdem anni editionem *Lipsiensem* in 8. refert FEVERLINUS l. c.

XII. Anno MDLIV. idem PAPA novam *Lipsiæ* vulgavit editionem in 8. cum Loco de *Conjugio* & *Definitionibus*. Habetur in mea Bibliotheca, & recensetur in *Catalogo Biblioth. Moeno Francof. p. 221.* & in *Catalogo biblioth.* B. BOLLHAGEN, gener. Super. Stettinensis, p. 46.

XIII. Editionem *Wittebergensem* anni MDLV. in 8. cura Jo. CRATONIS impressam, ipsemet possideo & referunt Dn. FEVERLIN in *Biblioth. symbol.* p. 252. MUHLIUS in *Dissertatt.* P. II. p. 73. & *Catalogus Bibliothecæ* J. A. FABRICII, P. I. p. 187. In definitione *libertatis voluntatis humanæ post lapsum*, vitiose legitur: *gubernari*, pro: *gubernanti*. Et in definitione *fidei* priore: *justificate fidem*, pro: *justificati fide*.

Aliam *Basileensem* ejusdem anni in 8. habet Dn. FEVERLIN l. c. p. 253.

XIV. In editione *Lipsiensi*, a PAPA vulgata A. MDLVI. in 8. forma literisque editioni *Lipsiensi* A. 1552. æquali, *Definitiones variarum appellationum* plures passæ sunt mutationes. In definitione *æterni patris*, hic habent: *& conservat earum substantias*, pro: *& conservat eas*. Inserta est definitio *evangelii*, To. I. *Operum* fol. 351. legenda. Adjectus quoque est articulus *de Habitibus*, Tomo I. *Operum*, f. 358. b. obvius. Conferantur etiam Definitiones: *Noticiæ*, *spes*, *mansuetudo*, *regnum Christi*, *bonum honestum*, *bona utilia*, *bonum suave*, & videbis variationes. Habetur hæc editio in bibliotheca mea. Et, quia illam alibi non inveni, rarior esse videtur.

XV. In sequentis anni MDLVII. editione *Lipsiensi*, a VAL. PAPA in 8. vulgata, *Definitiones* novum acceperunt incrementum, insertis definitionibus *Angeli boni* & *mali*, To. I. *Oper.* f. 357. 358. obviis. Habetur in bibliotheca mea, & recensetur in FEVERLINI *Biblioth. symbol.* p. 253.

XVI. Anno MDLVIII. *Wittebergæ Locos* in 8. excudit JOH. CRATO. Habentur in Bibliotheca mea & in Bibliotheca Dn. ERICHSON, Paſt. *Starkov.* Recenſentur etiam in *Catalogo Biblioth. Mayerianæ*, p. 780. & *Librorum Muhlianorum*, p. 55. BELLARMINUS *Controverſ.* To. 3. de *Sacram. in genere*, Lib. 2. c. 23. hanc editionem dicit *ultimam* & *Locos ultimo editos*. Quo ſenſu, non intelligo. Definitionem *fidei* poſteriorem habet corruptam & imperfectam, pro: *agnita miſericordia*, exhibens: *agnita juſtitia*, & omittens verba: *Et accedit ad eum, & invocat eum, clamans: Abba, pater* —— *Item Rom. 8. clamamus: Abba, pater.*

Editionem *Baſileenſem* ejusdem anni MDLVIII. in 8. curante JOH. OPORINO impreſſam, refert Dn. FEVERLIN in *Biblioth. ſymbolicæ ſupplementis Miſtis.*

XVII. Quæ A. MDLIX. *Wittebergæ* cura JOH. CRATONIS in 8. prodiit, in mea habetur bibliotheca, & in *Catal. Bibliothecæ Mayer.* p. 780. & in Bibliotheca Dn. Paſt. ERICHSON.

Sed, *Lipſienſis*, eodem anno in 8. formæ typisque majoribus impreſſa in officina hæredum VAL. PAPÆ, caret definitionibus *Angeli boni* & *mali*. In aliis quoque differt ab editione *Lipſ.* 1556. licet forma literisque illi ſit æqualis. Habetur in bibliotheca mea & templi noſtri Nicolaitani, ut & Dn. D. von AKEN, Præpoſiti *Gingſtani* in Rugia. Recenſetur etiam in FEVERLINI *Biblioth. ſymbol.* p. 253. & b. BAUMGARTEN Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 405. ubi hanc omnium latinarum editionum ſplendidiſſimam vocat, quia ſplendidiores, vel ſaltem æque ſplendidas, annorum 1552. 1556. non viderat. Quemadmodum etiam unius tantum augmenti, A. 1548. inſerti, mentionem facit ex p. 91-93. alterum vero anni 1549. in art. de *Cruce*, p. 600-603. ignoraſſe videtur.

* Aliam poſſideo editionem *Lipſienſem* in 8. ex officina *Vögeliana* & cum breviſſimo titulo: *Loci Theologici, recogniti per* PHILIPPUM MELANCHTHONEM, *Lipſiæ, in officina Vögeliana:* ſed absque mentione anni & absque præmiſſa dictionum græcarum explicatione Pſalmique XXXII. paraphraſi, in cæteris vero integram, cum duplici augmento A. 1548. & 1549. cum Tr. de *Conjugio* & cum *Definitionibus variarum appellationum*, literis impreſſam

preſſam inclinatis ſatisque puris et nitidis, ſed rarioribus paragraphorum diſtinctionibus inſtructam. Præter præfationem & indices, paginas habet 762. Fortaſſis recenſetur in *Catal. bibliothecæ Muhlianæ*, p. 52. Conf. n. 2. p. 28.

XVIII. Anno MDLX. quo MELANCHTHON d. 19. April. vivis ereptus eſt, nova prodiit *Locorum* editio (cum utroque augmento anni 1548. 1549.) in *Latino Corpore doctrinæ Miſnico*, *Lipſiæ* in officina M. ERNESTI VOEGELINI in fol. impreſſo, & menſe Januario abſoluto, ut in fine legitur. Ipſius tamen MELANCHTHONIS *præfatio* ſcripta eſt A. 1560. d. 16. Febr. & habetur in *Conſil. Theol. latinis*, To. 2. p. 390. *Corpus doctrinæ* recenſetur in FEVERLINI *Biblioth. ſymbol.* p. 2. in Indice *Dodecadis Norimberg.* in *Catal. Bibliothecæ Reimmannianæ*, P. 1. p. 384. in *Catal. Biblioth. Uffenbachianæ*, P. 1. p. 44. & in mea habetur bibliotheca. Articulus de *Conjugio* ſequitur *Examen Ordinandorum*, f. 837. a. & illum f. 862. b. excipiunt *Definitiones variarum appellationum*. In *Hiſt. Bibliothecæ Fabricianæ*, P. VI. p. 171. memoratur editio *Francofurt.* 1560. Neſcio, quo jure.

XIX. Baſileenſem *Locorum* editionem anni MDLXI. in 8. a Jo. OPORINO curatam, cum Tr. de *Conjugio* & cum LEONH. STECKELII, Hungari, *annotationibus*, refert TH. CRENIUS in *Animadverſ.* P. XV. p. 144.

Eodem anno MDLXI. *Lipſiæ* in fol. ex officina ERN. VÖGELINI nova prodiit *Corporis doctrinæ* & in illo *Locorum Theologicorum* editio latina, quam in mea ſervo bibliotheca. Refert illam Dn. FEVERLIN in *Biblioth. ſymbol.* p. 2. Conf. *Hiſt. libri Torgenſis*, P. 2. p. 40. Jo. A. SCHMIDII Progr. *de Corporibus doctrinæ*, in C. M. PFAFFII *Hiſt. Theol. liter.* P. 1. p. 233.

Alia *Corporis doctrinæ* editio *Lipſ.* ejusdem anni in 8. maj. & ex eadem typographia, non ſolum in mea habetur bibliotheca, ſed recenſetur etiam in FEVERLINI *Bibliotheca ſymbol.* p. 2. & in *Catal. Bibliothecæ Reimmann.* To. III. p. 264. literis quidem impreſſa minutioribus, ſed acutis nitidisque, & in charta puriſſima.

XX. Anno MDLXII. primus Tomus *Operum* MELANCHTHONIS cura CASP. PEUCERI, generi, *Wittebergæ* in lucem exiit,

exiit, eique *Loci* inserti sunt, cum utroque augmento anni 1548. & 1549. sine dubio jam A. 1561. impressi. Epistola namque dedic. ad Regem MAXIMILIANUM scripta est *die natali Salvatoris, quo inchoat ecclesia annum a nato Christo 1562.* ideoque d. 25. Dec. 1561. coll. SECKENDORFII *Hist. Lutheranismi*, Lib. I. p. 61. & CALVÖRII *Rituali eccles.* P. 2. p. 277. Inde in *Catalogo Bibliothecæ Mayerianæ*, p. 78. A. 1562. prodierunt Pars I. II. A. 1563. Pars III. & A. 1564. Pars IV. Conf. *Catal. Bibliothecæ Bodlejanæ*, p. 447. & Jo. ALB. FABRICII, P. 1. p. 165. & REIMMANNI, P. 2. p. 280. & GUNDLINGII, p. 92. & KORTHOLTI *Hist. eccl.* p. 799. In mea Bibliotheca Pars I. prodiit *Witteb.* sumtibus hæredum JOH. CRATONIS A. 1580. Pars II. eorundem impensis ibidem A. 1583. quam alibi non inveni. Pars III. ibidem a Jo. CRATONE excusa A. 1563. Pars IV. ibidem ab eodem impressa A. 1564. De aliis Tomorum editionibus vid. *Hist. Bibliothecæ Fabricianæ*, P. 1. p. 473. SALIGII *Hist. A. C.* P. 3. p. 531. Quinque illa volumina, in quæ scripta MELANCHTHONIS latina digesta in fol. excusa veneant, referente B. MENCIO in *Elogiis quorundam Theologorum Wittebergens.* p. 97. sine dubio sunt *Basileensia*, A. 1541. & sequ. ab HERVAGIO edita, recensita in *Catal. Biblioth. Uffenbachianæ*, P. 1. p. 52. in B. MENCII *Elogiis*, p. 85. & in C. GESNERI *Bibliotheca universali*, f. 557. Cæterum, *Loci*, Tomo I. *Wittenbergensi* inserti, fol. 147. postremi sunt, utroque gaudentes augmento, anni 1548. in artic. de *libero arbitrio*, f. 167. & anni 1549. in artic. *de Cruce*, f. 271. Verbis tamen sæpius differunt textus *Corporis doctrinæ* & *Tomorum*, utrobique sensum nonnunquam fundentes vel falsum, vel intellectu difficilem. Quare, ad genuina *Locorum* verba sensumque cognoscenda, opus est veterum editionum collatione. Quod etiam alia occasione de corruptis *Operum Philippicorum* Tomis ex Jo. BOTSACCO observatur in Fortges. Samml. von A. u. M. 1731. p. 19. Cur vero neque *primi Loci*, neque *medii*, (quos *ultimis* nonulli præferunt in THURINGICORUM *Actis Colloquii Altenburg. f. 335. a.*) in *Tomos Wittebergenses* fuerint relati, quod ægre ferunt Thuringici in *Actis* suis *colloquii Altenburg.* f. 335. a. HUTTERUS in *Locis Theol.* p. 9.

&

& Reimmannus in *Catalogo Bibliothecæ ſuæ*, P. 3. p. 281. ipſe exponit Feucerus in præfatione Tomi 2. *Operum Philippicorum*. Locus de *Conjugio* in Tomo noſtro f. 336. b. iterum excipit *Examen Ordinandorum*, &, poſt *Reſponſionem de Controverſia* Stancari, f. 350. ſequuntur *Definitiones*, non tamen ubivis conformes editioni *Corporis doctrinæ*. Quemadmodum etiam in Tr. de *Conjugio* obſervantur diſſenſiones. Pro: *obſequiis*, To. I. *Oper.* f. 341. a. in edit. *Corp. doctr. Lipſ.* 1560. p. 850. legitur: *conſequiis*. Et pro: *quadriennio*, in *Corp. doctr.* p. 853. *Tomus* f. 342. miro compendio habet 40.

Baſileenſem *Locorum* editionem A. MDLXII. in 8. refert Feverlinus in *Biblioth. ſymbol.* p. 253. An eandem, vel editionem Anni 1521. hoc anno 1562. *Lipſiæ* repetitam, intellexerit J. G. Heinsius in *Hiſt. eccleſ. methodo* Hübneri *conſcripta*, To. V. p. 173. neſcio.

Ex anno MDLXII. in Lipenii *Bibliotheca Theol.* P. II. p. 191. allegatur editio *Locorum Lipſienſis* in fol. Quemadmodum etiam Dn. Stolle in der Anleitung zur Hiſtorie der Theologiſchen Gelahrheit, p. 19. refert, in editione *Lipſienſi* in fol. multa reprehendiſſe Hutterum in *Conc. conc.* f. 95. a. allegans etiam Reimmanni *Catal. Bibliothecæ*, P. I. p. 384. 385. Sed, neque Hutterus, neque Reimmannus, diſtinctam recenſent *Locorum* editionem. De toto loquuntur *Corpore doctrinæ*. Nec annum habent 1562.

XXI. Anno MDLXIII. *Loci* prodierunt *Wittebergæ* in 8. a Joh. Cratone impreſſi, cum Tr. de *Conjugio* & cum *Definitionibus*. Habentur in bibliotheca mea, & recenſentur a Feverlino in *Biblioth. ſymbol. p. 253.*

Eodem anno denuo in officina Ern. Vögelini in fol. excuſum eſt *Corpus doctrinæ Miſnicum*, & in illo *Loci* Melanchthonis repetiti. Habentur in bibliotheca mea, & recenſentur in Feverlini *Biblioth. ſymbol.* p. 2. & in *Catalogo Bibliothecæ Muhlianæ*, p. 38.

XXII. In eodem *Catalogo*, p. 54. habetur Phil. Melanchthonis *Corpus doctrinæ chriſt.* Lipſ. MDLXIV.

XXIII.

XXIII. Anno MDLXV. ex officina VÖGELINI in 8. nitida prodiit *Corporis doctrinæ* editio, a CRENIO laudata in *Animadverſ.* P. XV. p. 144. & a FEVERLINO adducta in *Biblioth. ſymbol.* p. 2.

XXIV. A. MDLXIX. *Loci* Wittebergæ in 8. per Jo. CRATONEM impreſſi ſunt cum gratia et privilegio Cæſaris & Elect. Saxon. Habentur in mea bibliotheca, & recenſentur in FEVERLINI *Biblioth. ſymbol.* p. 253. & in *Catal. Bibliothecæ Muhlianæ*, p. 54.

Ex eodem anno *Lipſienſem* editionem in 8. olim poſſidebat B. Jo. BÄHR, Diac. Anclam. & referunt die Fortgeſ. Samml. von A. und M. 1728. p. 199. & *Bibliotheca Uffenbachiana*, P. IV. p. 207.

XXV. Integrum *Corpus doctrinæ* Lipſiæ in 8. prodiiſſe A. MDLXXI. refert LIPENIUS in *Biblioth. Theol.* P. I. p. 474.

XXVI. Et editionem *Corporis* Lipſienſem anni MDLXXII. in 8. apud JOH. RHAMBA, (de quo LESSERUS in der Hiſt. der Buchdruckerey, p. 183. conſulendis) videas in FEVERLINI *Biblioth. ſymbol.* p. 3. & Jo. ALB. FABRICII *Biblioth.* P. I. p. 187. & in *Bibliotheca Muhliana*, p. 56. Hic in Pomerania poſſidet illam Dn. ERICHSON, Paſtor eccleſiæ *Starkovienſis* in Synodo Bardenſi.

XXVII. Wittebergenſis *Locorum* editio, A. MDLXXVII. in 8. cura Jo. CRATONIS impreſſa, in mea habetur bibliotheca & in bibliotheca templi Mariani apud *Stralſundenſes*. Recenſetur etiam in FEVERLINI *Biblioth. ſymbol.* p. 253. in Fortgeſ. Samml. von A. und M. 1728. p. 199. & in BAUMGARTEN Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 405.

XXVIII. An SELNECCERUS cum JAC. ANDREÆ A. MDLXXIX. inhibuerint *Corporis doctrinæ* impreſſionem, *Lipſiæ* inchoatam, ut HOSPINIANUS refert in *Concordia diſcorde*, Cap. XX. f. 120. XXV. f. 146. b. dicere nequeo. In SELNECCERI *Recitationibus de Libro Concordiæ*, p. 94. nihil hac de re habetur.

XXIX. Sequenti tamen anno MDLXXX. *Argentorati* in 8. maj. nova prodiit *Corporis doctrinæ* ſimulque *Locorum Philippicorum* editio typis THEODOS. RIHELII. Habetur in mea bibliotheca, & in Bibliotheca Dn. Paſtoris ERICHSON. Recenſetur

etiam

etiam in FEVERLINI *Biblioth. symbol.* p. 3. in KÖCHERI *Biblioth. symbol.* p. 212. in *Hist. Biblioth. Fabricianæ*, P. VI. p. 171. & in *Catal. Biblioth.* J. A. FABRICII, P. I. p. 187. Conf. *Hist. Libri Torgensis*, *P.* 2. *p.* 61.

Eodem anno *Wittebergæ* recusus est primus Tomus *Operum* MELANCHTHONIS, in quo totum habetur *Corpus doctrinæ* cum *Locis Theologicis*. Vid. præcedens §. XX.

An eodem anno *Lipsiæ* recusi sint *Loci*, & quidem *primi*, ut referre videtur J. G. HEINSIUS in *Hist. eccles. methodo Hübneri conscripta*, To. V. p. 173. dubium est.

XXX. Ex anno MDLXXXVI. DORNIUS adduxit editionem *Locorum*, in *Bibliotheca Theol. crit.* P. 2. p. 697.

XXXI. MART. CHEMNITIUS anno quidem 1554. *Wittebergæ*, & A. 1555. *Brunswigæ*, publicis prælectionibus explicare instituit *Locos* MELANCHTHONIS, integrum tamen opus non absolvit. Nec itaque POL. LYSERUS integros *Locos* PHILIPPI inseruit, cum *Opus Locorum Chemnitianum* A. 1591. Francofurti ad M. in 4. publici faceret juris. In præfatione tamen judicium suum de MELANCHTHONIS *Locis* exposuit. Conf. RETHMEYERI *Hist. eccles. Brunsvic.* P. 3. p. 292. 295. *Hist. Biblioth. Fabricianæ*, P. II. p. 156. J. G. WALCHII *Bibliotheca Theol. selecta*, *P. I. p. 53.*

XXXII. Aliam *Locorum* editionem anni MDXCIV. habet ZIEROLDUS in *Hist. eccles.* p. 388.

XXXIII. Et, quæ A. MDXCV. *Wittebergæ* prodiit in 8. ex typographia M. SIMONIS GRÖNENBERGII, non solum in mea servatur bibliotheca & in *bibliotheca academiæ nostræ*, sed recensetur etiam in FEVERLINI *Biblioth. symbol.* p. 253. & in Fortgef. Samml. von A. und N. 1728. p. 199.

XXXIV. Cur vero, etiam post publicatum *Concordiæ* librum, Wittebergenses non intermiserint *Locos* MELANCHTHONIS typis imprimere, a Theologis quoque istius Academiæ publicis prælectionibus explicandos atque commendandos, ita tamen, ut simul notarent, quæ illis paradoxa videbantur, unde Jo. G. VOLCKMARI *Animadversiones* & L. HUTTERI *Loci Theol.* enati,

docente b. MAYERO noſtro in diſp. *de Locis Theol.* PHIL. MELANCHTHONIS, p. 21. Quemadmodum etiam in Academia Lipſienſi POL. LYSERUS, jun. *Commentationem* in PHILIPPI *Locos* concinnaſſe legitur in WITTENII *Memoriis Theologorum*, p. 377. ex iis intelligere licet, quæ in *Hiſtoria Libri Torgenſis*, P. II. p. 60. & im Greifswaldiſchen Wochenblatt, p. 382. ſqq. expoſui.

XXXV. Tandem ceſſarunt crebriores *Locorum Philippicorum* editiones, poſtquam, mandato Electoris Saxon. & approbantibus Theologis Saxonicis, L. HUTTERUS ex ſacris literis, libris ſymbolicis ipſoque *Corpore doctrinæ Miſnico* & MELANCHTHONIS *Locis Theolog.* adornavit *Compendium Theologicum*, anno MDCX. typis vulgatum & in ſcholas Saxonicas introductum. De quo b. GREGOR. LANGEMACK in *Hiſtoria Catechetica*, P. III. p. 13. J. F. BUDDEUS in *Iſag. ad Theologiam*, p. 390. & J. G. WALCHIUS in *Biblioth. Theol. ſelecta*, P. I. p. 36. legendi.

XXXVI. Judicium LUTHERI, A. 1545. d. 5. Martii ſcriptum, & in Præf. Tomi I. *Operum* LUTHERI latin. Wittebergenſ. obvium, utique ad *Locos* ſpectat *ultimos*, A. 1543. editos, quippe quos, (prioribus jam diſtractis,) novis prælectionibus integro biennio elaboratos, ignorare non potuit LUTHERUS. Idem aſſerunt Theologi *Electorales*, ipſius LUTHERI Collegæ, vel coætanei, in *Actis ſynodicis german.* A. 1559. editis, f. 341. 344. & in *Latinis*, pl. Ooo 3. b. in *Actis* ſuis *Colloquii Altenburg.* f. 182. b. 319. b. 344. a. & im Endlichen Bericht, f. 17. 18. 19. PEUCERUS in Tr. *de ſententia Melanchthonis de S. C.* p. 126. CHR. PEZELIUS in *Epiſt. dedic. Locorum Theol.* V. STRIGELII, et quod vero videtur ſimile, Theologi *Prutenici* contra OSIANDRUM, in SLEIDANI *Comm. de ſtatu relig.* etc. p. 700. & M. CHEMNITIUS in Orat. *de Uſu & utilitate Locorum Theol.* prælectionibus ſuis A. 1554. præmiſſa, & deinde *Locis Theol.* præfixa, p. 12. Negant tamen alii: FLACIUS & GALLUS, teſtibus *Actis ſynodicis german.* p. 344. a. *Thuringici* in *Actis* ſuis *Colloquii Altenburg. german.* f. 335. Auctores *Form. Conc.* in HUTTERI *Conc. conc.* Cap. XXI. p. 631. *Apologia F. C.* P. I. cap. 9. f. 181. HUTTERUS in *Locis Theol.* p. 10. Maxime vero auctores *Iteratæ defenſionis pupillæ evangel.*

evangel. Cap. XXIV. p. m. 264. 266. & sic quidem, ut, præter testimonium LUTHERI A. 1525. de *Locis primis*, vix aliud agnovisse videantur, ideoque a L. FORERO acerbiori censura notati in der Rettung des Ueberschlages, p. 43. Fieri interim potuit, ut, licet totum librum laudaverit LUTHERUS, non tamen totum libri approbaverit, (ut de primorum *Locorum* elogiis, a LUTHERO profectis, judicat CALOVIUS in *Syncretismo Calixtino, p. 208.)*, sed unum alterumque caput, vel propositionem, emendari voluerit. Ex RATZENBERGII Historia Msta SECKENDORFIUS in *Hist. Lutheranismi*, Lib. 3. p. 693. & ex illo SALIGIUS in *Hist. A. C.* P. 1. p. 560. huc referunt artic. de *S. Coena*, cum tamen LUTHERUS aliquid *omitti* voluerit, in *Locorum* vero artic. de S. C. capita de orali manducatione, & sigillatim indignorum, desiderent Theologi. Alii, in Unschuld. Nachr. A. 1706. p. 367. intelligunt propositionem de *Voluntate hominis, inter causas conversionis relata* in *Locis* mediis & ultimis. De qua vid. *Historia Libri Torgensis*, P. VI. p. 16. Cæterum, qua ratione HUTTERUS cum reliquis Theologis Wittebergensibus hoc LUTHERI testimonium anni 1545. approbaverint, in Præf. *Refutationis Tr. Peuceriani* legi potest.

SECTIO II.

DE LOCIS GERMANICIS.

§. I.

Hi iterum in tres classes distribuendi sunt. *Prima* continebit G. SPALATINI versionem *Locorum* primorum. *Altera* J. JONÆ versionem *Locorum* mediorum. *Tertia* denique ipsius MELANCHTHONIS editiones ab A. 1542. uti jam in *Hist. Libri Torgensis*, P. 1. p. 41. & in *Hamburgensibus relationibus de rebus eruditis*, A. 1738. p. 232. indicavi.

§. II.

CLASSIS I. DE VERSIONE G. SPALATINI.

I. GEORGIUS SPALATINUS in versione sua germanica præcipue secutus est editionem *Locorum* Latinam anni 1522. ab

ipso MELANCHTHONE mutatam, vel emendatam. Ipse hoc fatetur SPALATINUS in Præfatione, & in artic. *de discrimine novi & vet. testam.* reddidit quoque verba: Dieser Ort ist, meines Bedünckens, ein wenig zu unordentlich in dem ersten Auszug gehandelt worden. Darum habe ich mir fürgenommen denselben von neuen an zustellen, damit er in eine Ordnung gebracht werde. In fine artic. Was das Evangelium sey, ex edit. latina anni 1522. addidit verba: Denn das Evangelium giebet allein die Gerechtigkeit des Geistes, welche den Menschen mit dem Schwerdt nicht mag abgedrungen werden, als die weltliche Gerechtigkeit. Quæ cum antecedentibus RATZENBERGIUS contra MELANCHTHONEM urget in HORTLEDERI *Hist. Belli Schmalkaldici*, To. II. p. 42. Impressa hæc prima versio est *Wittebergæ*, A. MDXXII. teste MUHLIO in *Dissert. histor. Theol.* P. II. p. 73. titulum referente sequentem: Philips Melanchth. gemeine Anweisung in die heilige Schrift, an Hrn. Thilomann Pletner, Pfarherr zu Stollberg am Hartz, durch GEORGIUM SPALATINUM verdeutscht. Wittenberg 1522. Quo anno etiam ejusque die 4. Oct. præfatio SPALATINI scripta est.

In *Catalogo bibliothecæ Moeno Francof.* p. 222. vidi editionem hujus anni in 4. cum tit. MELANCHTHONIS Haupt-Artikel Christlicher Lehre. Eandem referunt VOGTIUS in *Catal. libror. rarior.* A. 1747. p. 451. & SALIGIUS in *Hist. A. C.* P. 3. p. 547. cum titulo pleniore. Posterior addit aliam editionem cum eodem titulo, sed in fine mutilam.

II. SPALATINI versio repetita est *Augustæ Vindel.* A. MDXXIII. in 4. cum tit. Philips Melanchthon Anweisung in die warhaftige heilige Schrift Gottes, allen Christgläubigen Menschen sehr dienlich. Durch GEORG. SPALATINUM gedeutscht, wie sie zum andernmal im Lateinischen Druck durch den Melanchthon ausgangen ist. Recensetur in HARDTII *Autogr.* To. II. p. 113. in MYLII *Chronol. scriptor.* MELANCHTHONIS & in SCHLEGELII *Vita* SPALATINI, p. 194.

III. Anno MDXXV. plures hujus versionis secutæ sunt editiones. *Prima* Wittebergæ in 8. cum tit. Philips Melanchthons Gemeine Anweisung in die heilige Schrift, an Hr. Thilo-

mann

mann Pletner, Pfarrherrn zu Stollberg am Hartz. Wittenb. 1525. Recenſetur in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 223. ejusque *Hiſt. liter. Reform.* P. IV. p. 29. An eadem ſit, quam referunt Dn. FEVERLIN ex typographia HANS LUFT, in *Biblioth. Symbol.* p. 253. & REIMMANNUS in *Catal. bibliothecæ ſuæ*, T. I. p. 428. neſcio.

Altera ibidem in 8. cum tit. Philips Melanchthons gemeine Anweiſung yn die heilige göttliche Schrift, durch G. Spalatinum verdeutſcht. Zum andernmal überſehen. Wittenberg 1525. cum præfatione anni 1522. (ex qua HARDTIUS verba adduxit in *Hiſt. liter. reform.* P. IV. p. 29.) & cum epiſt. ad PLETTENERUM duplicique indice, articulorum & rerum. Sed, hæc editio habet etiam augmenta ſecundæ latinæ editionis *Argentoratenſis* anni 1523. in 8. Ex foliis conſtat 146. & in mea ſervatur bibliotheca. Recenſetur etiam in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 223. in Ejusd. *Hiſt. liter. Reform.* P. IV. p. 29. in MUHLII *Diſſertatt.* P. 2. p. 73. & in *Hiſtoria biblioth. Fabricianæ*, P. VI. p. 472. In artic. de *juſtif. & fide*, poſt verba initialia: Darum ſo werden wir gerechtfertiget, p. 78. addit: oder fromm und gerecht gemacht. Verba: *Coepta enim juſtificatio eſt, non conſummata*, reddidit: Denn es iſt alda eine angefangene, und nicht eine volkommene Gerechtigkeit. p. 98. a.

Tertia Wittebergæ in 4. teſte SCHLEGELIO in *Vita* SPALATINI, p. 195.

Quarta dialecto Saxoniæ infer. *Witteb.* in 8. cum tit. Philips Melanchthons Anwyſinge yn de hillige göttliche Schrift, dorch Georgium Spalatinum verdüdſchet. Gedruckt tho Wittenberg dorch Symphorianum Reinhart. 1525. Recenſetur in SALIGII *Hiſt. A. C.* P. 3. p. 532. & KOHLII geſamml. B. W. p. 76.

Quinta denique *Halæ Saxonum* in 8. referente SCHLEGELIO in *Vita* SPALATINI, p. 195. & HARDTIO in *Autogr.* To. I. p. 223.

IV. Anno MDXXVI. verſio hæc, denuo correcta, excuſa eſt *Wittebergæ* in 8. ſub tit.: Philippi Melanchthons gemeine Anweiſung in die heilige Schrift, durch Georg Spalatinum verteutſcht. Zum drittenmal überſehen, cum SPALATINI præf. Re-

censetur in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 232. & in SCHLEGELII *Vita* SPALATINI, p. 195.

Erfurtensem hujus anni editionem in 8. referunt die Fortgef. Samml. v. A. u. M. 1728. p. 194.

Alia denique dialecto *Saxoniæ infer.* hoc anno *Wittebergæ* typis JOSEPHI KLUGII in 8. impressa est sub tit.: Philippus Melanchthons gemene Anwysinge yn de hylligen gödtlyken Scrifft, dorch Georgium Spalatinum vordüdeschet. Thom drüddenmal mit allem Flyte gecorrigeret, mit einem Register. Wittemberch. MDXXVI. In fine: Dorch Joseph Klöck. Ex foliis constat 144. Præmissa quoque est SPALATINI præf. anni 1522. & MELANCHTHONIS ep. ad PLETTENERUM. Index adjectus est duplex, articulorum & rerum. Habetur in mea bibliotheca, & recensetur in MUHLII *Bibliotheca*, p. 666. & in FEVERLINI *Supplementis Mstis ad Bibliothecam Symbol.* In artic. de *justific. & fide*, omissa sunt verba: oder fromm und gerecht gemacht. Et latina: *Coepta enim est justificatio, non consummata*, vertuntur: Wente de Rechtverdinge ys angevangen, und nicht vullenbracht.

§. III.

CLASSIS II. DE VERSIONE JUSTI JONÆ.

I. Postquam MELANCHTHON A. 1535. *Locos medios* idiomate latino publicaverat, anno sequenti 1536. repetendos, augendos atque emendandos: JUSTUS JONAS versionem adornavit germanicam, A. MDXXXVI. *Wittebergæ* a G. RHAV in 4. impressam cum tit.: *Loci communes*, das ist, die fürnehmsten Artikel Christlicher Lehre PHILIPPI MELANCHTHONIS, aus dem Latin verdeutscht durch JUSTUM JONAM. Saxoniæ Electori, Jo. FRIDERICO, dicata est Dom. Jubilate. Quid vero ille (non LUTHERUS, uti visum fuit Dn. BAUMGARTEN in Nachr. von M. B. P. VI. p. 409. fortassis ex BUDDEI *Isagoge ad Theolog.* p. 386. & STOLLII Anleitung zur Theolog. Gelahrheit. p. 19.) hac occasione de *Locis* PHILIPPI, LUTHERI censuræ transmissis, judicaverit, in SECKENDORFII *Hist. Lutheranismi*, Lib. 3. p. 142. legi potest. Recensetur hæc editio in FEVERLINI *Biblioth. Symbol.* p. 253. in BAUMGARTEN Nachr. von M. B.

Vol.

Vol. VI. p. 407. in *Catalogo Bibliothecæ* CYPRIANI, p. 114. & a SECKENDORFIO, l. c. Olim illam poſſidebat Dn. ANDREÆ, Paſtor Stetinenſis, ex cujus amica communicatione illa uſus ſum. Indeque intellexi, JONAM ex poſteriore quoque editione, anni 1536. verſioni ſuæ nonnulla inſeruiſſe. Ex *Wittebergenſi* addidit artic. de *Angelis*. In fine articuli de *Libertate chriſt.* ubi de impoſſibili uſu euchariſtiæ agitur, magis ſecutus eſt editionem *Witteberg.* anni 1536. quam præcedentem anni 1535. non tamen plene. Sed, in artic. *de S. Coena*, expreſſit verba editionis *Argentor.* A. 1536. ſupra, p. 20. ex PEUCERO adducta. Et ſic quidem, ut germanice clarius loquatur, quam in textu habetur latino. Verba enim: *Quod hac ipſa coena teſtatum vult, quod ſe ipſum nobis impertiat*, reddidit: Daß der Herr im Abendmahl zeuget, daß er ſich uns warhaftig ſelbſt gibt, daß er uns ſeinen Leib und Blut warhaftig zu genieſſen giebt. Idem in antecedentibus obſervare licet. In artic. *de 3. perſonis divinis*, pro verbis: *Pater transfundit, vel communicat, eſſentiam ſuam*, habet: Das Bild aber, da Gott der Vater ſich ſelbſt anſiehet, iſt ſein göttlich, natürlich Weſen, das iſt der Sohn. In art. *de Sacramentis*, non reddidit verba editionis *Wittebergenſis* A. 1536. ſupra allegata: *Sacramenta propoſita ſunt* etc. Sed ſecutus eſt editionem *Witteberg.* A. 1535. & *Argentor.* A. 1536. In artic. de *Bonis Oper.* verba: *Et tamen B. O. ita neceſſaria ſunt ad vitam æternam*, vertit: Und die Früchte des Glaubens ſind alſo dazu kommen, das ewige Leben zu erlangen. In artic. *de libero arbitrio*, in verbis: *In hoc exemplo videmus, conjungi has cauſas*, ultimum vocabulum non expreſſit. Sed deinde verſionem verborum BASILII: *Deus antevertit nos, vocat, movet, adjuvat. Sed nos viderimus, ne repugnemus*, minus accurate reddidit: Wenn du wilt, ſo kommt Gott zuvor, ruffet und hilft uns. Wir mögen zuſehen, daß wir ihm nicht wiederſtreben. Verba tamen: Wenn du wilt, de ſolo uſu verbi explicantur.

II. A. MDXXXVII. *Wittebergæ* in 8. cura P. SEITZ nova prodiit editio. Habetur in mea bibliotheca, & recenſetur in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 345. & in Fortgeſ. Samml. von A. u. N. 1728. p. 194. Nec video, hanc editionem a præcedente

te dissentire. Initium artic. 1. de *Deo*, est: Auf diese aller hochwichtigste grösseste Frage, was Gott sey etc.

III. Eadem sequenti anno MDXXXVIII. ibidem repetita est in 4. docentibus HARDTIO in *Autogr.* To. I. p. 356. & Dn. BAUMGARTEN in Nachr. v. M. B. Vol. VI. p. 408. & Dn. WALCHIO in *Biblioth. Theol. selecta*, P. 1. p. 34.

IV. Ex anno MDXXXIX. editio *Witteberg.* in 8. recensetur in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 382. in FEVERLINI *Biblioth. Symbol.* p. 253. in WALCHII *Biblioth. Theol. sel.* P. 1. p. 34. in *Catal. Biblioth.* CYPRIANI, p. 749. & in *Biblioth.* J. A. FABRICII, P. 1. p. 187.

V. Equidem STIBERUS in *Hist. Theol. dogm.* p. 147. & cum illo Dn. WALCHIUS in *Biblioth. Theol. sel.* P. 1. p. 35. referunt editionem *Lipsiens.* A. MDXL. Quemadmodum der unpartheiische *Bibliothecarius*, P. 1. p. 42. ejusdem anni *Wittebergensem*: Unde vero illas habeant, non constat. In HARDTII *Autographis*, ex quibus reliquas editiones collegit STIBERUS, non occurrunt. Nec alibi illas observavi. Nec editiones annorum 1542. 1558. 1571. ad hanc classem pertinent, ad quam illas retulit Dn. WALCHIUS l. c. p. 34. sed ad sequentem postremam referendæ sunt.

VI. Certiora sunt, quæ Dn. WALCHIUS l. c. habet de hujus classis editione *Norimbergensi*, ad antiquum exemplar anni 1536. excusa A. MDCI. in 4. Non solum recensetur in *Hist. Bibliothecæ Fabricianæ*, P. IV. p. 231. sed etiam in SALIGII *Hist. A. C.* P. 3. p. 547. & in FEVERLINI *Biblioth. Symbol.* p. 253. In LIPENII *Biblioth. Theol.* P. 2. p. 191. errore typographi annus expressus est 1602.

§. IV.

CLASSIS III. DE IPSIUS MELANCHTHONIS EDITIONIBUS.

I. Tandem ipse MELANCHTHON *Locos germanicos* elaborare instituit, cum etiam *ultimos* concinnaret *Locos latinos*.

Prima hujus classis editio germanica prodiit *Wittebergæ* A. MDXLII. in 4. cum tit. Die Haupt-Artikel Christlicher Lehre, zusammen-

sammengezogen durch Phil. Melanchth. im Latin genannt *Loci communes Theologici*, verdeutscht durch JUSTUM JONAM, und im 1542. Jahr durch Phil. Melanchth. wiederum durchsehen und gebessert. In editione Anni MDXLIV. art. von Kirchen-Gewalt, oder von Schlüsseln, f. 264. b. sit mentio anni 1542. Und ist also Pasca zur Lere und Erinnerung vom Auszug aus Egypten bis auf dis 1542. Jahr etc. Ex titulo simul intelligimus, versionem JONÆ non prorsus fuisse neglectam. Quemadmodum idem quoque hic est initium artic. 1. de Deo, & in sequentibus editionibus, usque ad annum 1553: Auf diese allerhochwichtigste, grösseste Frage, was Gott sey. Remota tamen JONÆ *epist. dedic. ad Electorem Saxon.* MELANCHTHON novam præmisit præfationem ad lectorem: Daß eine ordentliche, reine, klare Summa Christlicher Lehre etc. Hanc editionem possidet Dn. ERICHSON, Pastor *Starkovienſis* in Pomerania nostra, ex cujus relatione in typographia VITI CREUTZERI impressa est, ex foliis constans 352. ita quidem, ut textus finiatur in medio paginæ secundæ. Recensetur etiam in HARDTII *Autogr.* To. I. p. 426. & in FEVERLINI *Biblioth. Symbol* p. 253. Hic addam, quæ in schedula quadam, P. EBERI *Expositioni evangeliorum domin. & fest.* (A. 1578. *Francof.* impressæ in 8.) inserta, in bibliotheca mea antiqua manu scripta inveni: *Judicium P. M. de suo libro Locorum communium recognito, factum 1542. anno, Wittebergæ, 5 Julii. Hæc editio plus proderit Studiosis Theologiæ, quam prior. Præterquam enim, quod* D. JUSTUS JONAS *in priore versione multa negligenter reddiderit, quæ a me ipso jam majori cum diligentia recognita sunt, dedi etiam operam, ut, quantum fieri posset, terminos Theologicos, sive de fide, sive de aliis articulis, quibus junior Theologus in publicis concionibus uti debeat, quam propriissime redderem. Sentio enim, quantum utilitatis afferat proprietas sermonis, præsertim, si de religione docendus est populus. Quare consulo, ut emas, legas adeoque familiarem tibi reddas, ut aliquando versatus in sacris literis, hunc librum Locorum communium non solum voravisse, sed etiam concoxisse, ac in succum & sanguinem convertisse tuum videaris. Id autem, spero, te assequi posse, si in concionibus unum semper certum ali-*

quem-locum communem tractaveris, hocque tam diu feceris, quoad omnes tibi, perinde ut digiti tui, noti fuerint. Præterea decem fere Locos correxi, hoc est, totos alios feci, sicuti apparebit, si cum priore editione contuleris. Fortassis huc etiam pertinent verba MELANCHTHONIS, To. V. *Epist.* a Jo. SAUBERTO *Norimb.* A. 1646. edito, p. 467. d. 16. Nov. (A. 1541.) scripta: *Nunc pertexo germanicam editionem Locorum Theologicorum, quam emendari oportuit, quia interpretatio germanica sæpe deerraverat a sententia latina.*

Auctor des Unpartheiischen *Bibliothecarii* To. I. p. 42. refert editionem hujus anni *Lipsiensem.*

II. Certior est editio anni MDXLIV. in 4. cum tit. Die Heubt-Artikel Christlicher Lere, zusammengezogen durch Philippum Melanchthon, im Latin genant *Loci communes Theologici.* Verdeutscht durch JUSTUM JONAM, Doctor. Und im 1542. Jar durch Philip Melanchth. widerum durchsehen und gebessert. Wittenberg 1544. In fine: Gedruckt zu Wittenberg durch Veit Creutzer, MDXLIIII. Ex foliis constat 353. & textus desinit in medio paginæ prioris, ita tamen, ut inter fol. 84. & 85. inserta sint folia 6. numeris non insignita, nec in præcedente editione anni 1542. obvia. De quibus in indice, post tit. vom Gesetz der Natur, indicatur: Daß die Zahl hie nicht auf einander gehet, sondern sechs Blätter übrig sind, das lasse dich, lieber Leser, nicht irren. Ja, es sol dir lieb seyn. Denn es ist ein sehr nützlicher und nöthiger Zusatz dazu kommen, nemlich die Auslegung und Erklärung der letzten 5. Gebote Gottes, durch Herrn M. Philip Melanchthon. etc. Pleraque tamen jam in Locis germanicis anni 1537. extare, video. Præterea in mea edit. anni 1544. artic. *de lege naturæ*, incipit fol. 80 qui in edit. anni 1542. inchoatur fol. 74. Et in edit. anni 1542. f. 77. habetur: Register derselben, quod in edit. mea anni 44. legitur fol. 83. In hac quoque editione, excluso Loco de *Angelis*, iidem pertractantur articuli, qui in *Locis* mediis & sequentibus, licet alio interdum ordine, & quidam copiosius, quam in *mediis*. Habetur in mea bibliotheca, &

olim

olim fuit FRANCISCI WESSELI, Senatoris & postea Consulis Stralsundensis circa tempora reformationis. Recensetur etiam in denen Fortges. Samml. von A. und N. 1728. p. 195.

III. Novas mutationes passa est editio *Wittebergensis* anni MDXLIX. in 4. docente titulo: Die Heubt-Artikel christlicher Lere, zusammen gezogen durch Philippum Melanthon, im Latin genant *Loci communes Theologici*, verdeudscht durch JUSTUM JONAM, Doctor. und im 1549. Jar durch Philip. Melanth. wiederum durchsehen und gebessert. Wittenberg 1549. In artic. von Kirchen-Gewalt, oder von Schlüsseln, fol. 158. b. dicitur: Und ist also Pasca zur Lere und Erinnerung vom Auszug aus Egypto bis auf dis 1548. Jar etc. Unde intelligimus, quo anno hæc scripta sint. Habetur editio hæc in mea bibliotheca, & recensetur in denen Fortges. Samml. von A. u. N. 1728. p. 196. in *Catalogo Bibliothecæ Weidnerianæ*, & in KOHLII gesamml. B. W. p. 83. In duas partes divisa est. Priorem finit art. de *evangelio*, & constat ex foliis 116. Alteram incipit articulus *de justificatione*, & terminat art. *de magistratu civili*, ex foliis constantem 248. Post præfationem ad lectorem: Daß eine ordentliche etc. ex editionibus annorum 1542. 1544. conservatam, loco sequentis præfationis: Wie in allen andern hohen Künsten, hic alia substituta est: Wer nützlich leren und lernen wil.

IV. Plures mutationes observare licet in editione anni MDLIII. a MELANCHTHONE A. 1552. elaborata, (ut ex principio artic. de *justificatione* ejusque verbis: und wieder OSIANDRUM in diesem 1552. Jar, apparet) & sequente anno *Wittebergæ* vulgata in 4. De illa vid. *Epistolæ* MELANCHTHONIS, a PEUCERO A. 1565. editæ, p. 287. Remota præcedentis editionis præfatione ad Lectorem, nova epistola, A. 1553. d. 24. Febr. scripta, uxori JOACH. CAMERARII consecrata est, in *Corpore doctrinæ* germanico conservata. Sequens etiam præfatio: Wer nützlich leren und lernen wil, mutata est, ut nunc in *Corpore doctrinæ* legitur. Titulus est: Heubtartikel Christlicher Lehre, im Latin genannt *Loci Theologici*, etwa von D. JUSTO JO-

NA in deutsche Sprache gebracht, jetzund aber im 1553. Jar von Philippo Melanthon wiederum durchsehen. Et primi artic. de *Deo*, initium est: In ernstlicher Anruffung Gottes. Recensetur in denen Fortgef. Samml. von A. u. M. 1728. p. 197. &, occasione editionis anni 1558. in BAUMGARTEN Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 409. Sed minus accurate, quia editiones annorum 1542. 1544. 1549. non vidit, ideoque solis editionibus hujus anni 1553. & sequentium tribuit, quæ tamen in antecedentibus jam conspiciuntur. Tantum verba ultima de S. C. Und bezeuget hiemit, daß er in uns wohnen wil, non leguntur in editionibus antecedentibus. Hæc editio anni 1553. repetita est anno sequente, cujus itaque recensionem videas. An vero & quatenus *Corpori doctrinæ germanico* fuerit inserta, quod *Pomerani* affirmant in meo, *Fascic. 1. Scriptor. Pomer.* p. 328. & *Fascic. 2.* p. 13. 217. & cum illis CRAMERUS in *Chron. eccles. Pomer.* Lib. 3. p. 158. postea videbimus.

V. Hæc editio anni MDLIII. repetita est *Wittebergæ* A. MDLIV. in 4. cum eodem titulo & in typographia VITI CREUTZERI. Habetur in mea bibliotheca, & recensetur in FEVERLINI *Supplem. Mstis Bibliothecæ Symbol.* & in *Catal. Bibliothecæ Muhlianæ*, p. 46. In duas partes divisa est. *Prior* finitur articulo de *Sacramentis*, foliis absoluta 211. & tota differt ab editione anni 1549. ut novum opus haberi debeat, non nuda *revisio*, quod MAYERO nostro placet in Diss. *de Locis Theol.* PHIL. MELANCHTHONIS, p. 16. Articuli etiam, de *Christiana libertate* & de *Spiritu & litera*, transpositi sunt. *Alteram* vero incipit articulus de *baptismo*, ex foliis constantem 143. minusque dissentientem ab editione anni 1549. Quæ Dn. BAUMGARTEN in Nachr. v. M. B. Vol. VI. p. 410. de editionibus A. 1553. 1555. refert, in hac quoque nostra observo, ubi etiam in artic. de *S. C.* omissa sunt testimonia HILARII & CYRILLI, in mediis & ultimis *Locis* latinis obvia. Sed, idem jam erat factum in germanicis A. 1542. 1544. 1549. Et in germ. mediis Annorum 1536. 1537. sublatum erat testimonium CYRILLI. Magis mirari licet, quod MELANCHTHON dictum Paulinum 1 Cor. X. 16.

in

in german. editione anni 1537. ex latina *Argentoratensi* A. 1536. obvium, in suis german. editionibus A. 1542. 1544. 1549. 1553. etc. prorsus neglexerit, æque ut in latinis ultimis. Quomodo vero dictum hoc intellexerit, præter loca, p. 20. adducta, docent *Consilia Theol. lat.* P. 11. p. 296. 297. 379. In nostra editione anni 1554. P. 1. f. 9. b. de SERVETO dicitur: Und zu dieser Zeit SERVETUS, der zu Paris neulich rasend in grausamer Unsinnigkeit gestorben ist, getobet haben. Quod etiam A. 1553. refert MELANCHTHON To. IV. *Operum*, p. 574. Parte 11. hujus *Locorum* editionis, f. 53. a. ex editione anni 1549. retinetur annus 1548.

VI. Anno MDLV. *Wittebergæ* in 4. ex officina VITI CREUTZERI nova prodiit editio correcta iterumque mutata, cum titulo: Heubtartikel Christlicher Lere, im Latin genandt *Loci Theologici*, etwa von D. JUSTO JONA in deutsche Sprach gebracht, jetzund aber im MDLV. Jar von Philip. Melanth. wiederum durchsehen. Wittenberg 1555. Duas iterum habet partes. Quarum *priorem* finit artic. de *peccatis actualibus*, ex foliis constantem 85. *Alteram* incipit artic. de *lege divina*, folia habentem 275. Sola pars prior variis mutationibus ab editione anni 1554. discedere videtur. Inde P. 1. f. 10. a. de SERVETO dicitur: Der zu Jenf verbrandt ist, A. 1553. etc. Sed P. 11. f. 4. a. æque ut in edit. A. 54. f. 84. a. omissum est vocab. geoffenbahret hat, in editione anni 1556. restitutum. P. 11. f. 185. a. retinetur etiam annus 1548. in sequenti edit. mutatus in annum 1556. Porro autem P. 1. f. 30. b. vitiose legitur: Und sind diese göttliche Naturn. Et magis corrupte in edit. A. 1556. f. 30. b. Und sind dieſe göttliche Naturen. Quod etiam in ipso *Corpore doctrinæ* conservatum A. 1562. f. 352. b. Recte vero habet editio A. 1554. f. 27. a. Und sind dieſe göttliche Natur. Aliter *Corpus doctrinæ* dialecti *Saxon. infer.* A. 1561. f. 196. a. Und sind dieſe die göttliche Natur. Editio hæc A. 1555. in mea habetur bibliotheca. Alibi illam nondum observavi. Inprimis de illa legi meretur *Epist.* MELANCHTHONIS, ad JOH. MATHESIUM A. 1555. scripta de *sacra Coena*, & To. II. *Consilior. Theol. latin.*

latin. p. 226. obvia. Fortassis etiam in MYLII *Chronologia scriptorum Melanchthonis* de illa leguntur sequentia: *De his ipse* PHILIPPUS *in quadam ad* CHYTRÆUM *epistola:* Judico, recentem germanicam editionem meliorem esse libro, latine scripto, cui titulus est: Loci Theologici. VICTORINUS STRIGELIUS *præferebat hos Locos germanicos alteris latinis & multis aliis* PHILIPPI *de doctrina Christiana scriptis libris.*

VII. Sequitur editio *Wittebergensis* A. MDLVI. in 4. iterumque ex officina VITI CREUTZERI, ex foliis constans 358. Titulus est: Heubtartikel Christlicher Lere, im Latin genandt *Loci Theologici*, etwa von Doctor JUSTO JONA in deutsche Sprach gebracht, jetzund aber im MDLV. Jahr von Philippo Melanthon wiederum durchsehen. Wittenberg 1556. In mea habetur bibliotheca, & in *Catalogo Bibliothecæ* J. D. BREITHORI, Past. Wismar. p. 52. In artic. von Kirchen-Gewalt und Schlüsseln, f. 268. legitur: Und ist also Pasca zur Lere und Erinnerung vom Auszug aus Egypto bis auf dis 1556. Jar. Cum in *Hist. Libri Torgensis*, P. 1. p. 41. scripsissem, hanc quoque editionem varias passam esse mutationes: de veritate hujus assertionis dubitare placuit Dn. BAUMGARTEN in Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 411. Levioris momenti exemplum jam vidimus. Alias, easque majoris ponderis variationes observabis, si hanc nostram editionem comparare poteris cum præcedente anni 1555. Fol. 5. b. lin. 5. Fol. 51. b. lin. pen. Fol. 52. a. §. ult. Fol. 58. a. lin. 11. 25. Fol. 59. b. lin. 4. 23. Fol. 60. a. §. 1. & ult. Fol. 66. b. lin. 10. Fol. 68. a. §. 1. Fol. 69. a. §. ult. Fol. 72. a. §. 1. Fol. 73. a. §. 1. Fol. 73. b. §. 2. Fol. 79. b. lin. 17. Fol. 313. b. lin. 1. Video etiam vitia quædam typographica. Fol. 30. b. Diese göttliche Naturen. Fol. 246. b. Ps. 3. pro. 111. Fol. 262. a. lin. 1. Den Befehl, pro: Den Behelff. Fol. 332. a. BALBINA, pro: BLANDINA. Fol. 353. a. Der Stuel, pro: Der Stall. Fol. 12. a. legitur: Ich bin die Rebe. Ihr seyd die Zweige. Et sic in edit. A. 1555. 1561. 1571. & in *Corpore doctrinæ Misnico* A. 1562. Sed in *Corpore doctr. dial. Saxon. infer.* Ick bin de Wynstock, gy synd de Twiege. Et in *Corp. doctr. Pomer.* Ick

bin

bin de Rancke etc. In WACHTERI *Gloſſario* Rebe latine vertitur: palmes, ſurculus vitis, & *vitis ipſa*. Et ſic in SCHILTERI *Theſauro antiqv. Teuton.* To. 3. p. 673. Sed Rancke tantum: *palmes, ramus.*

VIII. Anno MDLVII. prodiit *Locorum* verſio *Wendica*, literis latinis, & cura PRIMI TRUBERI. De qua vid. Unſchuld. Nachr. 1711. p. 805. 806. A. 1728. p. 119. A. 1729. p. 711. CHR. KNAUTHEN *Annales typographici Luſatiæ ſuper.* p. 14. SALIG in *Hiſt. A. C.* P. 1. p. 714. M. ADAMI in *Vitis Theologor. German.* p. 273. Hamburg. Berichte von gelehrten S. A. 1748. p. 598. 614.

IX. Ex A. MDLVIII. *Wittebergenſem* editionem German. in 4. referunt BAUMGARTEN in Nachr. von M. B. Vol. VI. p. 408. (De cujus recenſione vid. antecedens num. IV.) *Catalogus Bibliothecæ Mayerianæ*, p. 780. & *Moeno Francofurtanæ*, p. 222. Fortgeſ. Samml. von A. u. N. 1728. p. 199. & KOHLIUS im geſamml. B. W. p. 83. Titulus præcedenti conformis eſt. An vero novas paſſa ſit mutationes, non conſtat.

X. *Norimbergenſis* anni MDLIX. in 4. recenſetur in *Hiſt. Bibliothecæ Fabricianæ*, P. IV. p. 229. & in *Catalogo Bibliothecæ Uffenbachianæ*, To. I. p. 46.

XI. Anno MDLX. *Loci* inſerti ſunt *Corpori doctrinæ Miſnico*, hoc anno idiomate Miſnico *Lipſiæ* typis ERN. VÖGELINI impreſſo in fol. cum præfatione MELANCHTHONIS, A. 1559. d. 29. Sept. ſcripta. Paginas habet *C. D.* 1015. &, quantum ex collatione editionum A. 1554. 1555. 1556. intelligere licet, in illo habetur editio *Locorum* poſtrema anni 1556. vel 1558. Quæ anno quidem 1553. primum publicata, (Quare, illam *Corpori Saxonico* & *Pomeranico* inſertam eſſe, dicunt Pomerani.) poſtmodum autem varias paſſa eſt mutationes, in *Corpore doctrinæ* obvias. Inde etiam retinetur error: Und ſind dieſe göttliche Naturen, in edit. *Corporis doctr.* A. 1562. p. 352. ſine dubio ex editione anni 1560. derivatus. In eadem editione anni 1560. p. 778.

p. 778. habetur error: Und der Stuel, pro: Und der Stall. Et p. 568. ein Regiment, ut in sequentibus C. D. editionibus, pro: ein neu Regiment, ut in *Locis* antecedentibus & consequentibus. Pag. 675. Den Befehl, pro: Den Behelff. Sed, p. 755. pro BALBINA habetur BLANDINA. De utraque vid. BARONII *Martyrol. Rom.* d. 31. Mart. & 2. Jun. Hæc *Corporis doctrinæ* editio in mea habetur bibliotheca, sed valde mutila, ante biennium a totali interitu a me servata. Recenſetur etiam in FEVERLINI *Biblioth. Symbol.* p. 1. in *Biblioth.* B. CYPRIANI, p. 34. in BAUMGARTEN Erläuterungen der Symbol. Schriften, p. 248. in *Catalogo Biblioth. Hofmannianæ*, p. 87. in mea *Hiſt. Libri Torgenſ.* P. 1. p. 39. 41. in P. F. HANII *Hiſt. crit. A. C.* p. 81. ubi tamen mendoſe pro *Lipſia* legitur *Witteberga*.

Ex eodem anno MDLX. editionem Corporis doctrinæ *Moeno Francofurtanam* refert Dn. FEVERLIN in *Biblioth. Symbol.* p. 2.

XII. Sequenti anno MDLXI. *Wittebergæ* nova prodiit *Locorum* editio in 4. iterumque typis VITI CREUTZERI. Reſpondet editionibus A. 1556. 1558. quorum titulum quoque habet præfixum. Sed in fine, fol. 358. usque ad f. 362. additur *Forma* der öffentlichen *abſolution*, die geſprochen wird, ſo jemand, der in öffentliche Sünde gefallen iſt, hernach bekehret wird. Habetur in mea bibliotheca, in Bibliotheca Rev. Dn. Collegæ mei, D. LAUR. STENTZLERI, & in *Catalogo biblioth.* J. A. FABRICII P. 1. p. 175.

Eodem anno HANS KRAFT *Wittebergæ* in fol. edidit *Corpus doctrinæ*, & in illo *Locos Theologicos*, idiomate *Saxoniæ inferioris*, ſed ſine Indice. Fol. 362. a. retinuit nomen BALBINÆ. Fol. 182. a. lin. 17. habet: Andere Dinge, denn Gott, anſpreken, quod tamen non ſimpliciter illicitum, pro: Andere Dinge als Gott anſprecken, *ut Deum*. Fol. 322. a. Dat Beveel, pro: Den Behelp. Sed fol. 343. b. habet: De

Stall.

Stall. Et f. 197. a. deſſe de göttlicke Natur. In mea habetur Bibliotheca & in *Bibliotheca Dn.* SPARRENBERGII, Paſtoris Velgaſtenſis in Pomerania noſtra. Recenſetur etiam in Dn. FEVERLINI *Bibliotheca ſymbol.* p. 2. in HANII *Hiſt. crit. A. C.* p. 81. & in MUHLII *Bibliotheca*, p. 40.

XIII. Cum Dn. HANE l. c. ſcripſiſſet, *Corpus doctrinæ* forte pluries (quam A. 1560.) *Miſnico* idiomate excuſum eſſe, erroneum hoc declarabat Dn. BAUMGARTEN in denen Erläuterungen der Symbol. Schriften, p. 251. Igitur, præter editionem *Francofurtanam*, paulo ante n. XI. adductam, notamus editionem hujus idiomatis *Lipſienſem* in fol. A. 1562. & paginas habentem 853. variosque indices. In mea ſervatur bibliotheca, & recenſetur in *Catal. Biblioth.* J. A. FABRICII P. I. p. 165. & in LIPENII *Bibliotheca Theol.* P. I. p. 474. & in Fortgeſ. Samml. von A. u. M. 1747. p. 969. Plures editiones videantur infra n. 15. 16. 18.

Eodem anno MDLXII. PRIMUS TRUBERUS cum ANTONIO DALMATA & STEPHANO CONSULE, Hiſtriano, *Tubingæ* in 4. literisque *Cyrulicis* ediderunt *Locorum* verſionem *Croaticam*. De qua vid. Jo. VOGTII *Catal. libror. rarior. A.* 1747. p. 453. KNAUTHII *Annales typographici Luſatiæ ſuper.* p. 14. SALIG in *Hiſt. A. C.* P. I. p. 717. Unſchuld. Nachr. v. A. u. M. 1711. p. 803. A. 1728. p. 118. A. 1729. p. 711. Hamburg. Berichte von gelehrten S. A. 1751. p. 696. A. 1748. p. 598. 614.

XIV. A. MDLXV. *Wittebergæ* idiomate *Pomeranico* in fol. prodiit prior pars *Corporis doctrinæ Pomeranici*, poſt præfationes ex foliis conſtans 352. Et in illa habentur *Loci* MELANCHTHONIS, in idioma Pomeranicum converſi, f. 131. b. Quæ vero translata ſit *Locorum* editio, jam ante n. XI. expoſui. Inde etiam fol. 146. a. legitur: Unde ſyndt deſſe göttlicke Naturen. Fol. 179. a. lin. 1. ein Regimente. Fol. 236. a. lin. 1. Daty Beveel. Fol. 271. b. habetur: Unde Stoel. Fol. 264. a.

BLANDINA. Videtur hæc versio immediate ex *Lipsiensi* editione *Corporis doctrinæ* Misnica anni 1560. traducta esse. Nec ubivis consentit cum *Wittebergensi* editione dialecti *Saxon. inferioris*, n. XII. adducta, sed sensu & verbis ab illa recedit sæpissime. Quod contra Dn. BAUMGARTEN *Elucid. libror. Symbol.* p. 259. & Dn. D. WALCHII *Biblioth. Theol. sel.* P. I. p. 392. observandum. Vitiis etiam scatet fere innumeris. Nos hic, præter jam adducta, brevitatis causa notabimus sequentia. Quæ si quis cum *Corpore Misnico* utriusque dialecti & cum *Locorum* editionibus A. 1554. 1555. 1556. comparare poterit, veritatem a me dictorum observabit. Fol. 179. a. lin. 1. habet: ein Regiment, pro: ein nye Regiment. Fol. 217. a. l. 30. alse den, pro: alse he. Fol. 350. a. l. 23. integra linea omissa est: De göttlicke Natur heft geleden, sünder also: De Herr Christus heft geleden, welcker. Fol. 146. a. lin. 26. legitur: Erinneringe, pro: Vereinigung. Fol. 139. a. Ick bin de Rancke, gy synd de Twyge. Fol. 142. b. l. 26. unstrefflick, pro: unsterfflick. Fol. 236. a. l. 1. Beveel, pro: Behelp. Alia, integramque tractationem de *Corpore doctrinæ Pomeranico*, jam in *Observ. de libris normal. eccles. Pomer.* P. IV. exhibui.

XV. In *Catalogo Bibliothecæ Uffenbachianæ*, To. I. p. 43. ex A. MDLXIX. recensentur *Corpus doctrinæ* MELANCHTHONIS german. simulque *Loci Theol.* Francof. ad Moenum editi a SIGISM. FEYERABENDT in fol. Referuntur etiam in Fortges. Samml. von A. und N. A. 1747. p. 969.

XVI. In Bibliotheca templi *Bardensis* in Pomerania nostra habetur *Corpus doctrinæ Misnicum*, insertis *Locis Theol.* Wittebergæ ab HANS KRAFT impressum in fol. A. MDLXX. Recensetur etiam in *Catal. Biblioth. Uffenbachianæ*, To. I. p. 43. & in FEVERLINI *Biblioth. Symbol.* p. 3.

XVII. In mea Bibliotheca habentur Heubtartikel Christlicher Lere, im Latin genannt *Loci Theologici*, etwa von Doctor JUSTO

Justo Jona in Deutsche Sprach gebracht, jetzund aber im MDLV. Jar von Philippo Melanthon wiederumb durchsehen. Wittenberg, gedruckt durch Peter Seitz, MDLXXI. in 4. & foliis 358. iterumque addita *forma absolutionis publicæ*, n. XII. memorata. Recensentur in Feverlini *Biblioth. Symbol.* p. 253.

XVIII. Denique commemoranda est *Corporis doctrinæ* simulque *Locorum Theologicorum* editio *Servestana* in fol. anno MDLXXXVIII. typisque Bonaventuræ Schmidt impressa. Possidet illam Dn. Erichson, Pastor *Starkovienſis*, & recensetur in Feverlini *Biblioth. Symbol.* p. 3. in *Bibliotheca Muhliana*, p. 39. & in Lipenii *Biblioth. Theol.* P. 1. p. 474.

XIX. Ipsius Melanchthonis judicia de tertia *Locorum* suorum, tam latinorum, quam germanicorum, classe, To. I. *Oper.* f. 147. b. To. II. p. 152. in Præfationibus *Locorum* german. & in hac prima *Historiæ* nostræ parte, p. 32. 34. 49. 51. 53. 54. indicata sunt, vel legi possunt.

EPILOGUS.

Observationes Historico Theologicas de *Libris normalibus ecclesiæ Pomeranicæ* continuaturus, hac priore præsentis *Historiæ* parte, tanquam illarum Capite XII. varias recensui *Locorum Theologicorum* Phil. Melanchthonis editiones.

Ex illis discimus 1) Grato erga Deum animo agnoscere origines & incrementa Theologiæ dogmaticæ in ecclesia nostra, indeque fluens insigne beneficium promotæ reformationis Lutheranæ. 2) In controversiis, Sec. XVI. contra Melanchthonis *Locos* agitatis, genuina illorum verba verumque illorum sensum ex *Corpore doctrinæ* & *Tomis* non semper cognosci posse, nisi comparatis antiquis *Locorum* editionibus, ab ipso Melanchthone profectis. Quarum itaque notitia non utilis modo, sed summe necessaria est. 3) Inprimis hoc

observare decet Theologos & Pastores ecclesiæ *Pomeranicæ*, si accurate muneris sui partes implere velint. Qui itaque non solum diligenter illas conquirant, sed assiduo quoque studio, ceu librum *normalem*, legant, meditentur & cum reliquis libris normalibus observent. 4) Ultimos *Locos germanicos* A. 1556. 1558. posteriores esse *ultimis Locis latinis* A. 1549. ideoque in judicandis ultimis PHILIPPI sententiis illorum præcipue habendam esse rationem. Quod tamen a Theologis non semper observari, video.

INDEX.

PRÆFATIO, p. 1.
LOCORUM DIVISIO, p. 5.
SECTIO I. DE LOCIS LATINIS, p. 5.
CLASSIS I. LOCI PRIMI, AB A. 1520. p. 6.
CLASSIS II. LOCI MEDII, AB A. 1535. p. 15.
CLASSIS III. LOCI ULTIMI, AB A. 1543. p. 26.
SECTIO II. DE LOCIS GERMANICIS, p. 43.
CLASSIS I. G. SPALATINI VERSIO LOCOR. PRIMORUM, p. 43.
CLASSIS II. J. JONÆ VERSIO LOCOR. MEDIORUM, p. 46.
CLASSIS III. IPSIUS MELANCHTHONIS EDITIONES, AB A. 1542. p. 48.
EPILOGUS, p. 59.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn843543574/phys_0068
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn843543574/phys_0072
DFG

§. VI.

Foedus Sinaiticum sacrificiis, Seruatoris Christi typis, confirmatur.

oc vt inter Deum T. O. M. & gentem
ritu sollemni fieret, Moses, altari ex-
καὶ ἱερέας cum sacrificiis eucharisticis
nguine populum, ad altare qui stabat,
ns: ecce *sanguis illius foederis, quod pe-*
cum Exod. XXIV. v. 7. seqq. In usu hoc
ate apud gentes, vt testentur se caede,
as esse. Auctor est Liuius hist. L. I. cap.
quit M. Valerius (Fecialis), Jupiter, au-
populi Albani, audi tu populus Alba-
m prima postrema, ex illis tabulis ce-
t, sine dolo malo, vtique ea hic hodie
ecta sunt, illis legibus populus Roma-
eficiet. Si prior defecit publico con-
; tu illo die Jupiter populum Roma-
t ego hunc porcum hodie feriam: tan-
to, quanto magis potes, pollesque. Id
m saxo silice percussit.„ Et Virgilius
l. v. 639. seqq.

nter se posito certamine Reges
s ante aras, paterasque tenentes
aesa iungebant foedera porca.

adferunt HERODOTVS Libr. I. cap.
GHTAEVS in Annal. Sacr. Exc. 39.
t, vt Moses horum ritus fuerit imita-
sacrificio mortem Messiae adumbra-

28.